



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





600049682Z







600049682Z







172

05.01.18

429

CAESII BASSI  
ATILII FORTVNATIANI  
DE METRIS LIBRI

AD FIDEM CODICIS NEAPOLITANI

RECENSUIT

HENRICVS KEIL

HALIS


FORMIS HENDELIIS

MDCCLXXXV



2. d. 1.





Caesii Bassi et Atilii Fortunatiani libros de metris uno Bobiensi codice memoriae proditos esse constat. ad huius scripturam restituendam, postquam ipsum archetypum periit, in editione eorum librorum, quae in sexto volumine grammaticorum latinorum facta est, duobus apographis Vaticanis et principe editione a Iano Parrhasio facta usus eram. postea lectiones codicis Neapolitani, cuius ib. p. 247 mentionem feceram, a Gustavo Iuergensio, qui eum codicem me rogante cum mea editione contulerat, accepi. quibus lectionibus cum iis libris, quibus antea usus eram, comparatis facile apparuit omnem veteris scripturae memoriam ab uno Neapolitano codice repetendam, reliquos ex hoc ipso derivatos esse. quae de re in commentatione indici lectionum universitatis nostrae aestivarum a. 1880 praemissa disputavi. deinde in septimo volumine grammaticorum p. 669 sqq. discrepantiam scripturae ex Neapolitano codice adnotatam edidi. quamquam autem hoc fonte recluso non ita multum novi, quod quidem gravioris momenti esset, ad ea quae olim apographa secutus edideram addi poterat, tamen, quo certius de fide scripturae in his libris constaret et promptior ad usum apparatus emendationis esset, non inutile esse visum est ipsos libros cum lectionibus unius codicis, in quo omnis fides scripturae posita est, denuo edere. itaque postquam Caesii Bassi fragmentum ad fidem Neapolitani codicis recensitum ante paucos annos in academica scriptione iterum edidi, nunc simili scribendi occasione oblata Atilii Fortunatiani librum eodem modo instructum addidi.

Codicem, qui nunc in regia bibliotheca Neapolitana est IV A 11, Iuergensii verbis usus in commentatione supra indicata descripsi. eodem in Velii Longi et Arusiani Messii libris, quorum eadem condicio est, usus sum. ex vetere autem Bobiensi codice, qui anno 1493 una cum reliquis eius bibliothecae codicibus inventus erat, proximis annis post descriptus et ad Ianum Parrhasium, qui tum Mediolani vivebat, delatus est. ex huius hereditate primum cum reliquis Parrhasii libris ad Antonium Seripandum, deinde in publicam bibliothecam Neapolitanam pervenit. ea autem de quibus nunc dicimus post libros Velii Longi, Adamantii, Probi, Arusiani, qui ipsi quoque tum primum Bobii inventi erant, scripta sunt ita, f. 79 *Secundus pariambus — utebantur facultatibus*. sequuntur f. 85 fragmenta post Caesii Bassi librum edita gramm. lat. v. VI p. 273—277 de distinctione, de chria, de poemate, de versu, de accentibus, de arte grammatica, deinde

f. 87 Atilii Fortunatiani ars non addita inscriptione libri, *Etsi scio te omni — trimetri iambici erunt ARS ATILII FORTUNATIANI EXP*, et post hunc librum f. 99 primum pauca de metris Horatii, quae Caesii Bassi nomine inscripta sunt, *ARS CAESII BASSI DE METRIS Mecoenas atquis — constiterint ab acuto*, deinde commentarii de pedibus, de compositionibus, de generibus versuum et de generibus poematum, *BREVIATIO PEDVM Pedes disyllabi — Atellana Rythmica Mimi*. duorum autem librariorum manus in his comparere mihi indicavit Iuergensius. nam eam partem quae est inde a commentario de arte grammatica p. 275, 11 *Ars grammatica accepta ex auditorio Donatiani*, usque ad Atilii Fortunatiani verba haec p. 283, 4, *Nunc dicere aggrediar metra principalia quae a Graecis*, ab alio scriptam esse atque eam quae antecedit, in qua est Caesii Bassi fragmentum cum iis quae huic subiecta sunt usque ad eum locum quem dixi. deinde eadem manu, quam Caesii Bassi libellus et fragmenta huic subiecta prae se ferunt, scriptam esse reliquam partem Fortunatiani cum his quae huic subiecta sunt, eamque scripturam pertinere usque ad commentarii de compositionibus verba haec p. 309, 12 *rapior in turbines*. postremo pauca quae restant usque ad finem horum commentariorum p. 312, 9 *Rythmica Mimi* iterum altera illa manu perscripta esse. denique tertiam manum ab his duabus, quibus textus verborum scriptus est, diversam deprehendi in iis quae in Atilii Fortunatiani libro postea correctae sunt. nam praeter pauca, quae ipsi librarii inter scribendum correxerant, inde ab ea parte quae est de principalibus metris, ubi post interruptam a secundo librario scripturam prior ad opus redierat, usque ad finem eius libri multa postea partim in ipsis verbis correctae, partim in marginibus adscriptae sunt, quae non multo recentiore quidem scripturam, sed tamen diversam a duobus librariis, qui ipsos libros scripserant, referre Iuergensius adnotavit.

Ex hoc igitur codice, antequam correctoris operam in ea parte quam modo dixi expertus erat, Parrhasius hos libros una cum iis commentariis, qui illis in codice adhaeserunt, et cum aliorum grammaticorum libris edidit Mediolani a. 1504. nam in hac editione prior codicis scriptura accurate expressa est; ea quae graece scripta erant indicatis lacunis omissa sunt. deinde ex eodem codice, postquam eius scriptura correctae erat, descriptus est codex Vaticanus 3402, qui olim Fulvii Ursini fuit, in quem omnia sic, ut a correctore mutata erant, translata sunt. ex Ursini libro porro descriptus est alter Vaticanus 5216, quo Gaisfordius usus est. haec, quae mihi tribus codicibus inter se comparatis apparuerunt, certa esse puto; neque plus tribuendum est duobus apographis Ambrosianis, quae olim commemoravi. minus certum est iudicium de auctoritate eorum, quae in Neapolitano codice a correctore scriptae sunt. quamvis enim maxima horum pars haud dubie coniecturae tribuenda sit eius qui haec adscripsit, sunt tamen quae sine libris inveniri non potuerint, versus Aristophanis p. 291, 1 in margine quamvis corrupte ad ea quae

librarius scripserat adscriptus et Callimachi versus p. 292, 29 in lacuna a librario relicta item corrupte scriptus et graecum vocabulum *παρωρισμένον* similiter in lacuna p. 292, 16 scriptum. quae si re vera a correctore scripta sunt, sequitur ut is codicem, sive ipsum archetypum sive aliud eius apographum, ad emendationem adhibuerit. quamquam enim graeci versus quos dixi apud Hephaestionem leguntur, tamen ab hoc eos correctorem petivisse probabile non est. praeterea sunt alia, de quibus dubitari potest an e manu scripto codice potius petita quam coniectura inventa sint, p. 289, 14 *cleomacum* pro *clenacum*, ib. 16 *was nitidis frontibus heuan hederis inligat* pro *was nitidis floribus Euadne hederis inligat*, p. 298, 2 emendatio versus Anacreontei *γρονοῦμαί σ' ἐλαφῆβέλε*. ex supplementis latinorum versuum in margine adscriptis vera videntur esse haec, p. 287, 3 *cadus* in dimetro iambico brachycatalecto additum, *plenus cadus musti*; deinde, id quod ex superiore disputatione de depositione versuum peti poterat, *avete fontes caerulei trimetrum acatalectum*. manifestae lacunae a correctore suppletae sunt haec, in quibus iusta verborum sententia supplementis restituta est, ipsa verba quae adscripsit non satis apta sunt, p. 288, 25; 29. 291, 11. 293, 9. 298, 15. falsa vero sunt haec, quae a correctore in iis locis, in quibus lacuna non erat, addita sunt, p. 285, 4 *Italiam fato profugus tetrametrum catalecticum*\*) et p. 291, 8 *cuius divisio duplex*

\*) In dactylico metro quinque versuum generibus, dimetro trimetro tetrametro pentametro hexametro, singula exempla adscripserat grammaticus. his corrector praeter ordinem hoc loco servatum in tetrametro addidit alterum exemplum e Vergilii versu petitum, *Italiam fato profugus*, quod catalecticum esse voluit. praeterea in dimetro, cuius exemplum adonium versum grammaticus posuit, *terruit urbem*, pro eo quod in codice scriptum erat *catalectum* corrector scripsit *acatalectum*. idem versus apud Marium Victorinum p. 73, 4 dicitur dimetrus catalecticus, unde *catalecticum* apud Atilium recepi. discrepat hoc quidem a definitione quae sequitur hexametri, quem *acatalectum* dixit (*acatalecticum* scriptum est in codice), cum deberet catalecticum dicere, si modo in adonio versu dimetro catalectico eius clausulam esse voluit. atque ad hunc modum supra p. 283, 22 scripta erant haec, *sed melius sonat versus dactylicus hexameter, si catalecticus fiat, hoc est si disyllabum pedem in ultimo habeat, At tuba terribilem sonitum procul aere canoro*. contra tamquam acatalectum hexametrum versum definivit p. 284, 12, *recipit, ut dixi, pedes dactylum et spondeum omnibus locis indifferenter, aliquando in ultimo et trochaicum: omnis enim ultima syllaba in versu adiaphoros est*; et p. 282, 1 in dactylico genere catalecticum versum esse negavit, *in dactylico vero, cui nec pes nec syllaba potest in ingressione deesse, quippe cum eius simplicibus pedibus basis constet, non nisi acatalectum invenire poterimus*. quare, ut ea discrepantia tolleretur, olim recepi quod in Vaticanis apographis scriptum est, *dimetrum acatalectum*. nunc veterem manu scripti libri lectionem repraesentare quam corrigendo aequabilitatem illam restituere malui. videtur autem grammaticus in dactylicis metris disyllabo pede terminatis diversa ratione usus esse, cum acatalecta diceret ea quae spondeum, catalectica quae trochaicum in fine haberent. ea vero quae de depositione versuum praecepit, in dactylico genere inveniri non posse nisi acatalectum versum, aut negligenter scripta aut corrupta esse apparet. nam catalecticum versum a dactylico genere alienum esse hac argumentatione non probavit, sed brachycatalectum

*traditur.* reliqua, in quibus prior scriptura a correctore mutata est, quamvis quaedam in his recte emendata sint, tamen ita comparata sunt omnia, ut coniectura inveniri potuerint. in tam incerta igitur correctoris fide priorem scripturam ita repraesentavi, ut, nisi aperti errores librarii a correctore correcti essent, ea quae ille adscriperat non reciperem.

Atilii Fortunatiani nomen, quo inscripti hi libri inde a Parrhasii editione ferebantur, in uno posteriore libro memoriae proditam esse olim dixi, et apparet hoc magis, postquam ab uno Neapolitano fidem scripturae repetendam esse intellectum est. in hoc enim cum priori libro nomen scriptoris praescriptum non sit, propterea quod in archetypo cum prima libri parte vetus inscriptio perierat, Parrhasius, qui eodem apographo usus duos libros una cum iis quae interposita sunt sic, quasi haec omnia unius auctoris essent, edidit, nomen Atilii Fortunatiani, quod in fine alterius libri scriptum invenerat, editioni utriusque libri praeposuit. similiter is qui postea ex eodem Neapolitano codice Vaticanum apographum fecit utrique libro idem nomen praescripsit. de Caesio Basso autem, cui librum antea Atilio Fortunatiano non recte tributum adscripsi, quamquam ne hoc quidem nomen in hoc libro memoriae proditam, sed commentariolo de metris Horatianis post Atilii librum scripto impositum est, non repetam quae olim dixi. neque quisquam expectaverit, cum ex ipso Caesii libro hanc partem relictam esse dicimus, omnia sic, ut ab illo perscripta erant, memoriae prodita esse. nam quod in omnibus veterum grammaticorum libris accidisse scimus, ut non solum erroribus librorum sed etiam studio vel neglegentia eorum qui postea iis libris usi sunt genuina eorum forma corrumpetur, etiam in hoc Caesii libro factum erat. cuius rei indicia sunt haec. p. 11, 9 (266, 23) de cognatione hendecasyllabi sapphici et phalaecii, de qua plura leguntur apud Marium Victorinum p. 156, 20. pauca relictata sunt; quae sive ex longiore Caesii disputatione remanserunt, sive postea adscripta erant, mutatam hoc loco veterem lectionem indicant. similiter p. 12, 2 (267, 29) ea quae de cognatione adonii versus et anapaestici metri scripta sunt et p. 12, 11 (267, 18) de asclepiadeo versu videntur mutilata esse. item p. 13, 23 (269, 13) de tetrametro dactylico epodi loco ab Archilocho usurpato plura scripsisse videtur Caesius: cf. Mar. Vict. p. 166, 28. contra aliena ab eius doctrina esse exempla Horatiana sub finem libri p. 15, 16 (271, 7) scripta, quae

---

vel hypercatalectum fieri non posse docuit, quod ita fere dici poterat, *in dactylico vero, cui nec pes nec pes et syllaba potest in ingressione deesse, quippe cum eius simplicibus pedibus basis constet, non nisi acatalectum et catalecticum invenire poterimus.* denique ea quae de exitu hexametri adnotata sunt, *sed melius sonat versus dactylicus hexameter* sqq., quibus catalecticum verum esse monetur, non ab ipso grammatico scripta, sed postea addita esse, etiam ex perturbato verborum ordine apparet.

eodem modo apud Atilium Fortunatianum p. 294, 11 leguntur, collatis iis quae de versu Horatii *solcitur acris liems grata vice veris et favoni* disputata erant p. 13, 5 (294, 11) nuper adnotavit Gerhardus Schultz, Quibus auctoribus Aphthonius de re metrica usus sit Vratisl. a. 1885 p. 6. denique tituli, quibus partes libri distinctae sunt, quos in nova editione seclusi, ex studiis posteriorum grammaticorum orti sunt.

---



## CAESII BASSI FRAGMENTVM DE METRIS

\* \* \*

\* secundus pariambus, tertius spondeus, quartus pariambus, quintus tribrachys, sextus item tribrachys, ultimus spondeus. et quod magis mirum videri potest, totus sotadeus numerus ex trochaeis potest constare pedibus, ut duo habeat ithyphallica metra et unum trochaeum pedem sic, 5

Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche Bacche.

quibus si interposueris aliquos brachysyllabos, eiusdem scilicet rationis, erit etiam mollior sic,

Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche.

nam ithyphallicum metrum saepe recipit hunc tribrachyn, ut etiam apud Menandrum in Phasmate et apud Callimachum in epigrammatibus ostendi potest. cuius exemplum subieci, quo notius sit eum, cum sit sex syllabarum, ad crescere modo una syllaba modo duabus, per tribrachyn scilicet pedem, sic, 10

huc ades, [o] Lyaee

Bassareu bicornis 15

Maenole bimater,

crine nitidus apto

luteis corymbis:

hedera te coronis

hasta viridis armet, 20

placidus ades ad aras,

Bacche Bacche Bacche.

---

*Adscripta est discrepantia scripturae codicis Neapolitani IVA 11, qui olim Iani Parrhasii fuit. in iis quae a correctore codicis mutata erant priori scripturae C, emendationi correctoris c additum est. ex codice Parrhasii editio eiusdem Parrhasii Mediolani a. 1504 et duo apographa Vaticana ducta sunt, sicut exposui ind. lect. Hal. aest. a. 1880.*

CAESII—METRIS om.	4 potest et constare ut videtur	habet <sup>i</sup> ythiphalica
6 Bacche ter scriptum est	7 brachisyllabos	10 ithiphalicum
sic	16 menale	17 apte
	20 armet]	12 cum sit] cum
	arma et	

---

4 habeat *Marius Victorinus* p. 92, 14      14 huc ades Lyaee *Diomedes* p. 511, 30  
 16 Maenole *Parrhasius*      17 apto *L. Müllerus* post *Rutil. Namat.* p. 55      19 coronet  
*Müllerus*      20 armet *Marius Victorinus* p. 92, 27



[De archebuleo metro] Archebuleus accepit nomen versus, non quod Archebulus eum invenerit. nam Stesichorus, antiquior illo poeta, et Ibycus et Pindarus et Simonides usi sunt eo, sed passim et promiscue. Archebulus autem quia carmen ex hoc uno genere composuit, archebuleum nominatum est. origo eius  
5 herous hexametrus est, exemplum

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba,  
quem facies heroum hexametrum adiectis duabus syllabis sic,  
nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et herba.

est autem hic versus anapaesticus, quia, *cum* primus heroi hexametri dactylus  
10 syllabam amittit, reliquae duae breves iungunt se longae insequenti et deinceps  
ceterae in eandem formulam veniunt. nec tantum heroo hexametro se iungit hic  
versus, sed etiam post tres anapaestos accedit ad trimetrum. nam possis eum sic  
componere,

tibi crescit herba, caelitem testor genus.

15 hic versus dactylicum melos summa cum voluptate aurium cludit, de quo, cum  
res coegerit, plura dicentur. est autem pentametrus, ex anapaestis constat fere  
pedibus, recipit spondeos, cluditur antibaccheo. de ultima syllaba, brevis an longa  
sit, iam supervacuum est admonere.

[De hipponacteis] Nunc ad Hipponacta veniamus, cuius de tetrametri unius  
20 iambici genere, quia res exigebat, non suo loco diximus. hic auctor trimetron  
scazonta fecit, id est claudicantem, cuius lex talis est, ut proxima ultimae  
syllaba utique sit longa et pro iambo pede versus spondeo finiatur aut trochaeo,  
quoniam nihil interest, novissima syllaba brevis an longa sit. cuius exemplum  
(*Catull. 52, 2*)

25 sella in curuli struma Nonius sedet:  
fac pro sedet sedit, erit scazon,

sella in curuli struma Nonius sedit.

rursus permutatione verborum et hunc facies iambicum rectum,

sella in curuli struma sedit Nonius,

30 et illum scazonta

*sella in curuli Nonius sedet struma.*

---

*Codex Parrhasii* 5 heroicus exametrus 9 cum om. 14 coelitem 15 dactyli  
cum inele claudit' h. e. clauditur, *deleta a littera* 22 syllabae 26 fac] ac  
2S faciet iambicum metrum rectum, *deleto v. metrum* 30 et illum scazonta nec excitatur  
classico truci miles hoc autem

---

15 Dactylicum finem versus si cludat iambus, Hoc est pro longa brevis ut paenultima  
fiat, Auribus acciderit novitas inopina meleos *Terentianus Maurus 1920*

*similiter eadem permutatio rectum iambicum faciet etiam illum scazonta,*  
*nec excitatur classico truci miles,*  
*nec excitatur classico miles truci.*

hoc autem ita fieri observabimus, si aut ultimi duo pedes ex disyllabis absolutis  
 verbis constabunt, aut quartus semipes posterior cum insequente pede trisyllabum 5  
 perficit verbum, tamquam Nonius, utique autem sextus pes perfectum habeat disyl-  
 labon, tamquam sedit fecit dixit. sed cum facile rectus iambicus admittat quinto  
 loco spondeum, hic scazon pessimus erit, qui habuerit alium quinto loco quam  
 iambum; quo tamen sine religione usus est Hipponax. eius exemplum

nec excitatur classico miles rauco: 10

at si feceris

nec excitatur classico pedes rauco,

probabilem facies choliambum, de quo plura alias.

Idem fecit Hipponax in scazonte quadrato quam in trimetro, cuius exem-  
 plum est 15

pro pudor sella in curuli struma Nonius sedit;

item aliter

haesitat nec excitatur classico truci miles.

de quo plura dicere supervacuum est, cum omnia quaecumque accidunt trimetro  
 scazonti huic quoque accidere possint. 20

[De hendecasyllabo phalaecio] Venio nunc ad hendecasyllabum phalaecium,  
 qui ex simili causa ac plerique a cultore suo, non inventore, nomen accepit. nam  
 hic versus apud Sappho frequens est, cuius in quinto libro complures huius  
 generis et continuati et dispersi leguntur. huius hendecasyllabi varia divisio est  
 et omnis aut ex se efficiens aut ad aliquod pertinens metrum. sed prima vulgaris 25  
 quidem illa divisio, quae docet eum partem habere ab heroo, partem ex iambo,  
 cuius exemplum

castae Pierides meae Camenae.

ex heroo sic dividitur,

castae Pierides sonitum dedit aere canoro; . 30

ex iambico,

meae Camenae caelitum testor genus.

Altera divisio est, cuius feceram mentionem, cum de epodo Callimachi dice-  
 rem hoc exemplo,

siccas ducite machinae carinas. 35

---

*Codex Parrhasii* 9 iambicum      11 fecerit      13 choriambum      18 hesitat  
 21 De endecasyllabo Falceio      endecasyllabum falceium      22 causa aut plerique  
 24 endecasyllabi *constanter*      33 II Altera

nam primi duo pedes reliquis quattuor adsumptis faciunt heroum sic,  
 siccas ducite remigio subeunte carinas;  
 reliqua pars ithyphallicum facit,  
 machinae carinas.

5 Tertia divisio est

castae Pierides meae Camenae.

detracto enim 'Camenae' fit anacreonteon metrum syllabarum octo, quod musici  
 bacchicon vocant, grammatici choriambicon \* qui duplex constat ex longa et dua-  
 bus brevibus et longa, id est ex choreo et ianbo. hoc metrum incrementum  
 10 accipit et totum ab Alcaeo tractatum est et ab Horatio nostro. nam quod est

castae Pierides meae,

id est apud Horatium (*c. IV 1, 1*)

intermissa Venus diu.

demus illi incrementum, id est pro uno duos choriambos, fiet

15 intermissa Venus *missa Venus* diu

et

castae Pierides Pierides meae.

huic simile

Maecenas atavis edite regibus,

20 o et praesidium et dulce decus meum.

hic etenim, qui disyllabo verbo absoluto finitur, si amiserit choriambum, erit illi  
 metro par, cuius exemplum

castae Pierides meae:

fiet enim

25 o et praesidium meum.

rursus ad crescat choriambus, fiet

castae Pierides Pierides meae

et

o et praesidium et dulce decus meum

30 et

intermissa Venus missa Venus diu.

demus etiam nunc illi unius choriambi incrementum, fiet

castae Pierides Pierides Pierides meae,

---

*Codex Parrhasii* 10 ab Alceo tractum est nam quod] nanque 15 missa Venus *om.*  
 19 Maecenas *constanter* 33 Pierides *bis scriptum est*

---

6 solum Pierides manet, Quod reddit geminum pedem, Dicunt quem choriambicon,  
 Quia longam sequitur brevis, Claudit longa brevem alteram *Terentianus Maurus 2614*  
 10 nam quod *Parrhasius in margine editionis*

quale est illud apud Horatium (*c. I 11, 1*), quod et ipsum ab Alcaeo sumpsit,  
 tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi.  
 hoc ipsum imminuendo paulatim tria haec metra quae rettuli manifestiora faciam,  
 tu ne quaesieris quem mihi quem tibi:

hoc par est illi,

5

Maecenas atavis edite regibus.

alterum detraham choriambum, fiet

tu ne quaesieris tibi:

hoc par est illi,

intermissa Venus diu

10

et

castae Pierides meae.

[De priapeo metro] Ex hac divisione et priapeus nascitur versus, cuius exemplum apud Catullum

hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape.

15

nam cum in duo commata versus hic dividatur, superius comma octo syllabarum est, insequens septem deminuta superioris commatis parte, ut si facias

mater saeva cupidinum mater saeva cupido.

sed adeo totus hic ex heroo venit hexametro, ut et apud Homerum nullo immutato verbo complures inveniuntur priapei et apud Virgilium, quorum unum in praesentia posuimus, qui forte succurrit, credo et alios inveniri posse complures, (*Verg. g. III 6*)

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

quod apparet ita esse, quoniam ita huius versus exigit natura, ut inter duo commata exiguam pronuntiando interponas moram. nam 'cui non dictus Hylas puer' 25 par est huic, 'hunc lucum tibi dedico', sequens autem comma 'et Latonia Delos' huic, 'consecroque Priape'. non ignoro autem variari primas et secundas syllabas utriusque in priapeo commatis, ut modo ab iambo incipiat, modo a trochaeo, tamquam

hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,

30

libens hoc tibi dedico, libens, sancte Priape.

nam et hendecasyllabus, quem phalaecium vocamus, apud antiquos auctores eodem modo solebat incipere alias a spondeo, alias ab iambo, alias a trochaeo, ut apud Catullum [hendecasyllabus] a spondeo (*2, 1*)

*Codex Parrhasii* 1 Alceo 17 est] et 19 exámetro 21 alio 25 nam cum versu cui seqq. coniunctum est non] no 28 commate 32 falcium corr. falcium

- passer deliciae meae puellae,  
 a trochaeo (1, 2)  
 arido modo pumice expolitum,  
 ab iambo (1, 4)
- 5 meas esse aliquid putare nugas.  
 quae omnia genera hendecasyllabi Catullus et Sappho et Anacreonta et alios auctores secutus non tamquam vitiosa vitavit, sed tamquam legitima inseruit. ex quibus quoniam priapeus nascitur, necesse est easdem habeat varietates.  
 Quarta divisio est hendecasyllabi talis,
- 10 castae quas veneramur o sorores.  
 nam priore commate Callimachus in epigrammatibus usus est et Bacchylides in carminibus et alii. heroi autem dactylici pars est hoc modo,  
 castae quas veneramur Olympia templa tenentes.  
 Quinta divisio est hendecasyllabi hoc exemplo,
- 15 castae Pierides novem sorores.  
 nam secundum primum spondeum insertus huic hendecasyllabo anapaestus ionicum sotadeum facit sic,  
 castae dociles Pierides novem sorores.  
 ex quo non est mirandum quod Varro in scenodidascalico phalaecion metron ionicum trimetrum appellat, quidam ionicum minorem.
- 20 cum trimetrum appellat, quidam ionicum minorem.  
 Sexta divisio est hoc exemplo,  
 cui dono lepidum novum libellum.  
 pars etenim prior 'cui dono' accedit heroo metro sic,  
 cui dono titulum Troiae qui primus ab oris.
- 25 reliqua pars hendecasyllabi, 'lepidum novum libellum', anacreonteon facit metron octo syllabarum iambicum ab anapaesto incipiens, quale est illud apud Laevium,  
 mea Vatiens amabo.  
 [De galliambo] Ex hoc nascitur galliambus repetito hoc metro, sed una syllaba detracta, ut habeat semipedem clausulam, quale est hoc,
- 30 mea Vatiens amabo,  
 ut faciat

---

*Codex Parrhasii* 10 o om. 11 epigrammatis corr. -tibus Bacchylides 12 par est  
 13 veneramus 19 scenodidascalico corr. cynodidascalico eadem manu ut videtur phalaecion  
 metrom 23 par est enim priori cui dono que accedit 24 qui primus ab oris a versu  
 separata sunt 25 anacreonteon 26 Laevium] Lepidum 28 De galliambo galliambus

---

10 veneramur o sorores *Santenus in Ter. Maur. p. 373* 12 pars est *Gaisfordius*  
 26 Laevius in margine apographi Vaticani adscriptum est.

mea Vatiēna amabo, mea Vatiēna ama,  
 et illud similiter  
     lepidum novum libellum, lepidus novus liber.  
 huic pares sunt apud Maecenatem  
     ades, inquit, o Cybebe, fera montium dea, 5  
     ades et sonante typano quate flexibile caput.  
 sed quoniam hic versus, quod matri sacer est Idaeae, vibrare videatur, proximum  
 ab ultimo pedem brachysyllabon fecerunt et Graeci et hic ipse Maecenas his quos  
 modo rettuli proximum sic,  
     latus horreat flagello, comitum chorus ululet, 10  
 et Catullus (63, 2)  
     Phrygium nemus citato cupide *pede* tetigit,  
 et ille alterius auctoris,  
     o qui chelyn canoram plectro regit Italo:  
 ut si facias illum ex Laeviano metro ad hanc legem, 15  
     mea Vatiēna amabo, mea cura, mea Venus.  
 Catullus in anacreonteo \* 'ades inquit o Cybebe'. potest adhuc fieri crispior, si  
 pro uno iambo brachysyllabon posuerimus in hunc modum,  
     mea vita, mea voluptas, mea cura, meus amor.  
 hic versus habet primum pedem anapaestum, secundum saepe iambum, non num- 20  
 quam tribrachyn, tertium iambum, semipedem accipit medium, quia ex duobus  
 commatibus constat; sequens comma accipit pariambum, trochaeum, brachysyllabum,  
 semipede cluditur. si quis autem quaesierit, quid ita, cum sit galliambicus versus,  
 iambici quoque nomen acceperit, hoc versu, qui est apud Maecenatem, lecto intel-  
 leget eum ex iambico quoque trimetro nasci, 25  
     hic nymp̄ha cingit omnis Acheloum senem.  
 adice syllabam Acheloo, fit galliambicus sic,  
     hic nymp̄ha cingit omnis Acheloium senem.

---

*Codex Parrhasii* 5 Cybele 6 tympano 7 quod matris acer est deae rubro colore  
*quasi versus scripta sunt* 8 pede brachysyllabon 9 proximum sic coniuncta sunt cum  
*versu* 12 citato] cito pede om. 14 chelym 15 illud, sed d corrigendo scriptum est  
 ex leviano 17 Cybele corr. Cybebe 18 brachysyllabon 22 brachysyllabum  
 23 galiambicus 24 intelliget 27 galiambicus

---

6 typano *L. Müllerus de re metr. poet. lat. p. 159* 7 Adeo ut frequenter illum  
 prope ab ultimo pedem, Mage quo sonus vibretur, studeant dare tribrachym *Terentianus*  
*Maurus 2892* matri sacer est Ideae *Parrhasius* 14 regis *L. Müllerus post Rutil.*  
*Namat. p. 56* 17 lacuna quam indicavi excidit exemplum anacreontei Catullianum cum solutione  
*longae syllabae*

esse autem huic metro cognationem cum sotadeo cognoscamus hinc licet, quia facta translatione modica et sotadeus qui fuit transit in galliambum et eodem modo galliambus in sotadeum. ex galliambo in sotadeum sic,

Phrygium nemus citato cupide pede tetigit,  
5 Phrygium cupide *pede* tetigit nemus citato:

contra

Galli timidi semianimes tergora versant,  
Galli tergora versant timidi semianimes.

Septima divisio hendecasyllabi talis est,

10 vivis ludis habes amas amaris.

nam quattuor syllabis prioribus detractis, quae accedere possunt heroo incipienti cuilibet, relinquitur 'habes amas amaris', par anacreonteo metro, quod est syllabarum septem. constat ex tribus iambis et semipede: particula est posterior hipponactei versus iambici quadrati, quem dixi a comicis antiquis et latinis et graecis interponi frequentissime sic,

quid maestus incedis Micon? habes amas amaris.

Puto me satis diligenter persecutum hendecasyllabi singulos articulos, ut ostenderem, cum quot metris ei quaedam necessitudo contingeret.

[De philicio metro] Philicius versus ex duplici pede constat, quem bacchicon 20 musici, choriambicon grammatici vocant, habet longam et duas breves et longam, id est trochaeum et iambum. hoc autem Philicus conscripsit hymnos Cereri et Liberae, tali genere metri, quod scilicet † est acris salis et arcanae deorum venerationi credidit convenire. apud nostros hoc metrum non reperio. exemplum eius tale est,

25 frugiferae sacra deae quae colitis mystica iunctaeque Iovi nefasto.

hunc hexametrum ex numero bacchico composuit Philicus, quo usus est etiam Archebulus, de quo auctore supra rettuli; clusit autem antibaccheo. numerus hic frequens est apud lyricos et praecipue apud Alcaeam, Sappho, Anacreonta. nascitur tamen et hic ab heroo, quia dactylo primo, qui constat ex longa et duabus 30 brevibus, si iunxeris sequentis dactyli vel spondei syllabam primam, facies choriamb-

---

<i>Codex Parrhasii</i>	2 galiambum	3 galiambus	galiambo	sic]	Hinc cum versu
<i>coniunctum</i>	5 pede om.	16 mestus	19 De phalecio metro	Phalecus versus	
21 Philicus]	Philicius	22 Liberae]	libero	acris]	acris corr. acris
23 repperio	25 mistica	Iovi nefasto	a versu separata sunt	26 Philicius	arcane
28 Alc-um	29 quia]	quasi			

---

19 Philicus *Naekius opusc. philol. v. I p. 30*

22 Liberae *Salmasius in Simmiae alas p. 185* quod scilicet et sacris aris et arcanae *Hauptius opusc. v. 111 p. 632*, quod scilicet sacrificolis et arcanae *Hensius de Iuba p. 66*

bum hoc modo, 'arma virum', et insequenti versu 'Italiam'. adsumam pentametrum heroum, qui habet dactylos primos duos, velut hunc, (*Prop. I 1, 2*)

unde meus veniat mollis in ora liber:

adiectis duabus syllabis longis facies choriambicum ex heroo pentametro sic.

unde meus *nunc* veniat mollis in haec ora liber,

5

et (*Tib. I 1, 4*)

dum meus assiduo luceat igne focus

sic,

dum meus hic assiduo luceat hoc igne focus.

[De paeonico metro] Paeonicus versus quadratus ab Aristophane comico compositus est ex eo paeone, qui constat longa syllaba et tribus brevibus. cluditur autem cretico, qui et ipse cum sit eiusdem generis et temporum totidem quot ille, una parciore syllaba est, ne, si fluat eodem numero, rhythmos, non metrum fiat. huius exemplum

egregia percoluit ingenia musici,

15

carminis in ore tenet ingenium\*

sic Tiberis implacidus in maria labitur.

[De proceleumatico] Proceleumaticus constat ex duobus pariambis, id est quattuor brevibus syllabis, cuius exemplum et in pedum demonstratione posui et nunc referam.

20

sedet ibi Bromia domita pede mulier,

modo pecora rapida caper agitat humi,

caput inanime tepet avida neque manus.

habet hic versus proceleumaticos tres, quartum pariambum, semipede cluditur, ita ut detracta proceleumatico syllaba in tribrachyn cadat et insistat, ne, ut dixi, 25 numerus sit, non metrum.

[De saturnio versu] De saturnio versu dicendum est, quem nostri existimaverunt proprium esse Italicae regionis, sed falluntur. a Graecis enim varie et multis modis tractatus est, non solum a comicis, sed etiam a tragicis. nostri autem antiqui, ut vere dicam quod apparet, usi sunt eo non observata lege nec 30

*Codex Parrhasii* 1 ex insequenti 2 habet dactylicos primos duos adiectis duabus syllabis longis facies choriambicum velut hunc unde meus veniat mollis in ora liber velut hunc ex heroo pentametro sic: unde meus veniat mollis in haec ora liber et dum meus 9 Deum (*corr.* Dum) meus hic 10 De paeonico metro Peonicus versus 11 paeone 12 cum sit] constat quot] quod 13 est ne si] sit nisi rytmos rhythmos, *sed delete* rytmos 14 fiat] fiet 16 in ore] more 21 sed tibi sede tibi Bromia devata pede, *sed deletis* sed tibi 29 multis] moltis

15 *fortasse* musice 16 *lacunam qua exitus versus mutilatus est indicavi* 30 nec uno genere custodito, sed praeterquam quod durissimos fecerunt *Marius Victorinus p. 139, 4*



uno genere custodito, *ut* inter se consentiant versus, sed praeterquam quod durissimos fecerunt, etiam alios breviores, alios longiores inseruerunt, ut vix invenerim apud Naevium quos pro exemplo ponerem. apud Euripidem et Callimachum et quosdam antiquae comoediae scriptores tale inveni genus,

5 turdis edacibus dolos comparas amice;  
apud Archilochum tale,  
quem non rationis egentem vicit Archimedes,  
et tertium genus,  
consulto producit eum quo sit impudentior.

10 apud nostros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant victoriaeque suae titulum saturniis versibus prosequabantur, talia repperi exempla: ex Regilli tabula (*Liv. 40, 52*)

duello magno dirimendo regibus subigendis,  
qui est subsimilis ei quem paulo ante posui,

15 consulto producit eum quo sit impudentior;  
in Acilii Glabrionis tabula

fundit fugat prosternit maximas legiones.  
apud Naevium poetam hos repperi idoneos,  
ferunt pulchros crateras aureas lepistas,

20 et alio loco

novem Iovis concordēs filiae sorores.

sed ex omnibus istis, qui sunt asperrimi et ad demonstrandum minime accommodati, optimus est quem Metelli proposuerunt de Naevio aliquotiens ab eo versibus lacessiti,  
malum dabunt Metelli Naevio poetae.

25 hic enim saturnius constat ex hipponactei quadrati iambici posteriore commate et phallico metro. hipponactei quadrati exemplum

quid immerentibus nocēs, quid invides amicis?

nam 'malum dabunt Metelli' simile est illi, 'quid invides amicis', cui detracta syllaba prima facit phallicon metrum, 'invides amicis'. ex quibus compositus est

30 hic saturnius, ut sit par huic,

quid invides amicis, invides amicis,

---

*Codex Parrhasii* 1 custodita inter se consonantiant *corr.* consentiant praeterquam] praeter 3 Nevium Calimachum 4 comediae 14 quem *bis scriptum est* 16 in Achilii tabula Glabrionis tabula, *sed deleto in priore loco* tabula 18 Nevium 19 crateras] pateras aureas] aereas 23 Nevio 24 Nevio 26 phallico 29 phallico

---

19 ferunt pulchras creterras aureas lepistas *Marius Victorinus p. 139, 8 Plotius p. 531, 15.*  
26 phallico *Santenius in Ter. Maur. p. 359*

hoc modo,

malum dabunt Metelli Naevio poetae.

[De reliquis Horatii metris] Nunc reliqua metra Horatii, quae nondum attingi, persequi volo.

Iam satis terris nivis atque dirae 5  
grandinis misit pater et rubente  
dextera sacras iaculatus arcēs  
terrui urbem.

hendecasyllabus sapphicus fiet phalaecius immutato ordine (*Hor. c. I, 20, 1*),

vile potabis modicis Sabinum\* 10

hoc metrum tria cola habet paria, quartum brevem clausulam. sumptum est ab Alcaeo; Sappho quoque frequenter eo utitur. monostropha vocantur haec carmina, quia ad primam strophē cetera respondent nullo interveniente epodo, qui cum a prima strophe differat, faciat eam quam musici et grammatici triadem nominant. composita autem cola huius carminis singula ex duobus commatibus, quorum quod 15 antecedit ex archilocheo quadrato nascitur sic,

iam satis terris magisque genibus haerebo tuis:

hoc enim par est huic,

‡ nam ita est, magis magisque genibus haerebo tuis.

sequens comma trimetri iambici primam habet partem; componitur sic, 20

nivis atque dirae genibus haerebo tuis,

ut sit par huic,

magis magisque genibus haerebo tuis.

clausula strophes huius haec est,

terrui urbem, 25

quae nascitur ab hero hexametro sic,

arma virumque cano Troiae qui terrui urbem.

nam 'primus ab oris', pro quo hanc clausulam posui, par est huic non tantum

---

*Codes Parrhasii* 2 Nevio 9 phalaeecius 11 quartam 12 Alceo 13 caetera  
13 cum om. 14 strofe tria denominant 17 herebo, item postea 19 nam  
ita est a versu separata sunt 20 componitur cum iambico sic, sed deletis cum iambico  
28 pro qua

---

9 apud eundem 'nota quae sedes fuerat columbis', ex quo hendecasyllabus, sed non phalaeecius, figurabitur ita, 'quae sedes fuerat nota columbis': item 'vile potabis modicis Sabinum', 'potabis modicis vile Sabinum' *Marius Victorinus p. 157, 17. lacunam, qua hendecasyllabus mutatione factus excidit, indicavi. sed praeterea plura de similitudine hendecasyllabi sapphici et phalaeecii omissa sunt.* 13 qui cum a prima strophe — grammatici τριὰδς nominant *Christus Sitzungsberichte d. baier. Akad. 1868, p. 41* 19 nam ita est] fortasse clausulans

numero, sed etiam pedibus: constat enim ex dactylo et spondeo. quae clausulae et per se repetitae et inter se iunctae anapaesticon metron efficiunt sic,

terrui urbem primus ab oris,  
 inclyte parva praedite patria  
 5 nomine celebri claroque potens.

Alterum carmen (*I 5*)

quis multa gracilis te puer in rosa  
 perfusus liquidis urget odoribus  
 grato, Pyrrha, sub antro?  
 10 cui flavam religas comam?

prima duo cola paria sunt,

Maecenas atavis edite regibus;

duo commata quae subsequuntur priapei sunt versus, ut iam docui, sed praepostere posita, quorum ordo hic est,

15 cui flavam religas comam grato, Pyrrha, sub antro,  
 hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape.

[De hendecasyllabo alcaico] Tertium genus carminis est (*I 9*)

vides ut alta stet nive candidum  
 Soracte, nec iam sustineant onus  
 20 silvae laborantes, geluque  
 flumina constiterint acuto.

primum et secundum colon paria sunt. constant singula ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex trimetro iambico sumptum est et cum eo compositum sic,

vides ut alta genibus haerebo tuis.

25 *quod* sequitur comma 'stet nive candidum' ex hemistichio pentametri heroici delibata syllaba compositum est: reddita enim syllaba fit tale, 'stet nive candidulum'. potest etiam videri pars metri illius extrema, quod est tale,

Maecenas atavis edite regibus,

de quo iam disputavimus, ut hoc ita cum illo iungatur,

30 Maecenas atavis stet nive candidum.

constat enim hoc comma ex choriambo, quem faciunt iuncti trochaeus et iambus, et iambo. ita facile convenit et cum choriambico metro, quod bacchicon musici vocant, quale est

---

*Codex Parrhasii* 3 terruit urbem primus ab oris inclyte parva praedite patria terruit urbem primus ab oris nomine 6 Alterum carmen in *textu omissum*, sed eadem manu in *marginibus adscriptum est* 16 consecro commendoque Priape 17 De hendecasyllabo Calcaeo 22 et] est 25 quod *om.* ex] et 26 stet] set 32 et iambo] ex iambo bacchion

Maecenas atavis edite regibus.

sed qui altius haec non perspexerunt grammatici, hoc putant metrum de curtato pentametro factum, ut reddita syllaba fiat [pentametrum] tale,

Maecenas atavis edite remigibus;

itemque versum illum (*c. I 4, 1*),

5

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,  
non ex duobus metris compositum putant, ut, cum de Archilocho loquebar, ostendi, qui tetrametro heroo phallicum metrum iunxit, sed hexametrum maiorem syllaba vocant. tertium colon,

silvae laborantes geluque,

10

ex trimetro iambico factum est detractis ei tribus syllabis: adice enim ei rursus tres syllabas, longam brevem et longam, id est semipedem et iambum, fiet trimetrus,

silvae laborantes geluque frigido.

rursus detrahe syllabam huic colo ultimam, fiet

15

silvae laborantes gelu,

qui est epodus ex trimetro par illi (*epod. 2, 10*),

altas maritat populos.

nam quem ad modum \* si adieceris idem nomen, erit probabilis trimetrus,

silvae laborantes gelu Simonides.

20

quartum colon est

flumina constiterint acuto.

haec clausula huius strophes facta est ex tetrametro epodo, cuius auctor Archilochus: exemplum subieci (*c. I 7, 2*)

aut Ephesum bimariseve Corinthi:

25

sic,

flumina constiterint et acuto.

nam sive praeposueris duos dactylos pedes sive subieceris, hexametrus herous est: praepositis pedibus sic,

---

<i>Codex Parrhasii</i>	2 persperunt	8 phalecum	12 tres syllabas id est semipedem
	15 ultima	28 exametrus	

---

2 persperunt *Parrhasius*      8 phallicum *Gaisfordius*      19 lacunam *indicavi*,  
qua exemplum trimetri iambici ex dimetro facti excidit, nam quem ad modum, si adieceris huic Simonides, trimetrum complebis, 'altas maritat populos Simonides', ita ille, si adieceris idem nomen, erit probabilis trimetrus, silvae *sqq.*: cf. *Mar. Victor. p. 137, 20*      23 ex tetrametro epodo] cf. *Mar. Victor. p. 166, 28* heroi tetrametri archilochii metrum implebit, tamquam 'flumina constiterint et acuto', ex quo supra epodum inductum ostendimus sic, 'aut Epheson bimariseve Corinthi'.

praecipitataque flumina constiterint *et* acuto,  
subiectis pedibus sic,

flumina constiterint et acuto frigoris ictu.  
sed detrahitur epodo syllaba, ut fiat conveniens clausula sic,

5 flumina constiterint acuto.

archebuleo quoque metro si detraxeris primum pedem, qui est anapaestus aut spondeus, et proximas ei duas breves, id est semipedem, reliquum erit par huic clausulae. sic autem divides,

10 neque nubila nec veteres agitantur orni:  
*nec veteres agitantur orni*

par est huic,

flumina constiterint acuto.

hoc quoque carminis genus ab Alcaeo lyricus noster accepit.

Quartum metron est Horatii, de quo nihil adhuc diximus (*I 8*).

15 Lydia, dic, per omnes

te deos oro, Sybarim cur properas amando.

quod metron et ipse Horatius ignorando quale esset laboriosa observatione semel omnino facere conatus est, et in eo tamen parum decenter erravit. nam fecit illud asperius uno immutato pede. quod si scisset choriambicon esse et habere  
20 clausulas certas, non *in* illam salebram incidisset. nam primum comma ex choriambico et antibacchio compositum est, 'Lydia dic per omnes'. secundum colon. quod est longius, tres habet choriambos et unum antibacchium, scilicet clausulae gratia, quod metron Alcaeus sic ordinavit, homo in musicis exercitatissimus. at Horatius primum choriambum durissimum fecit pro iambo spondeum infulciendo  
25 sic, 'hoc deos vere Sybarim'. nam si secutus esset Alcaeam, sic ordinasset, 'hoc dea vere'. error tamen illius habet excusationem, quod in ea perseveravit lege, quam ipse sibi aliquo casu fecerat, usque ad ultimam *asmatis* partem non mutando.

Restat unum genus carminis, de quo nihil adhuc diximus (*II 18*),

30 non ebur neque aureum  
mea renidet in domo lacunar.

et hoc sumptum ab Alcaeo et ab illo tractatum frequenter et ab Horatio semel

*Codex Parrhasii* 1 praecipitataque et *om.* 6 archibuleo 10 nec veteres  
agitantur orni *semel scriptum est* 13 Alceo 18 nam] unam *corr.* nam 19 quod] quo  
coriambicon 20 in *om.* 23 Alceus 25 sibarim Alceum 27 *asmatis om.*  
32 Alceo

1 praecipitataque *Gaisfordius* 19 quod si *Parrhasius* 20 non in illam  
*Parrhasius* 27 usque ad ultimam *asmatis* partem *Marius Victorinus p. 166. 8.*

omnino compositum. est autem iambicum, et primum quidem comma cum trimetro versu iungitur sic,

beatus ille non ebur neque aureum.

insequens autem metrum archilocheum iambicum curtum habet, cuius exemplum (*c. I 4, 2*)

trahuntque siccas machinae carinas,

5

sic et hoc,

mea renidet in domo lacunar.

Omnia me metra Horatiana persecutum existimo. illud in totum naturam metrorum cognoscere volentes possum admonere, etiamsi non omnia comprehendere, quaecumque apud graecos poetas possunt inveniri metra, quia sunt apud lyricos <sup>10</sup> et tragicos et comicos innumerabiles figurae compositionum, tantum me tamen hoc libro consecutum, quem et paucis composui diebus et memoria tantum modo adiuvante, ut quodcumque metrum novum aliquis se invenisse iudicaret, ad haec quae enumeravi utique referatur, cum omnia metra variantur aut adiectione aut detractioe aut concinnatione aut permutatione. esse et alias species non ignoro, <sup>15</sup> sed hae sunt praestantissimae. adiectione ita,

solvitur aeris hiems grata vice veris et favoni;

accessit enim heroo metro syllaba, quae versum faceret longiorem: detractioe, tanquam

trahuntque siccas machinae carinas;

20

detracta enim trimetro syllaba fecit illum minorem: concinnatione, tanquam

iam satis terris nivis atque dirae;

pars enim tetrametri prior cum priore trimetri parte commissa est: permutatione, tanquam (*epod. 13, 4*)

occasionem de die dumque virent genua;

25

nam cum Archilochus heroï partem priorem cum iambici priore parte commiserit, ita ut antecederet herous in hunc modum (*epod. 11, 2*),

scribere versiculos amore percussum gravi,

Horatius immutavit, ut antecederet iambici pars, sequeretur heroï sic,

amore percussum gravi scribere versiculos:

30

et cum ex galliambo sotadeus fit, ex sotadeo galliambus, ut iam demonstravi.

Habet autem metrorum contemplatio, si exercitatio accessit, in cognoscendo voluptatem, cum et quaecumque dicantur metra celeriter intellegamus unde sint et

*Codex Parrhasii* 4 archiloceum 6 sic om. 10 quia] quae lyricos tragicos  
13 aliqui 14 enumeri 15 esse alias 31 galliambo corr. galliambo 33 que-  
cumque 33 intelligamus

10 lyricos et tragicos *Marius Victorinus p. 173, 20* 14 enumeravi *Parrhasius*  
32 summam in cognoscendo voluptatem *Marius Victorinus p. 100, 18*

qua ratione composita, et multa ipsi nova excogitare possimus. nam si locus ille Archimedeus, *qui* quattuordecim eboreas lamellas, quarum varii anguli sunt, in quadratam formam inclusas habet, componentibus nobis aliter atque aliter modo galeam, modo sicam, alias columnam, alias navem figurat et innumerabiles efficit  
 5 species, solebatque nobis pueris hic locus ad confirmandam memoriam prodesse plurimum, quanto maiorem potest nobis adferre voluptatem quantoque pleniorum utilitatem carmina inter manus habentibus metrorum varia tractatio, cum subinde apud poetas ea quae fallunt imperitos metra inserta numeris et intermixta carminibus hac arte deprehendemus? de quibus in his libris explicabimus, quos  
 10 de melicis poetis et de tragicis choris scripturi videmur, quibus necesse erit etiam graeca interponere exempla, quod ne faceremus in hoc libro laboravimus. nam si volumus de omni ratione carminum dicere, necesse est ad eorum copias manum porrigamus, qui cum essent non tantum poetae perfectissimi sed etiam musici, sine magno labore praeparatis utebantur facultatibus.

---

*Codex Parrhasii* 2 ille] illae      qui *om.*      9 hac parte

## ATILII FORTVNATIANI ARS

Etsi scio te omni studio atque virtute in hoc maxime laborare, ut oratorem te perfici velis, et hoc unum in animo volvere, quo avo et quo patre sis natus, et dies noctesque insistere, ut eloquentia senatoriam cumules dignitatem (quid enim pulchrius disertissimo praetore? aut quid sublimius eloquentissimo consule?), 5 tamen arbitror ab illa virtutum omnium via aliquando in deverticula flectendum discendumque esse praeterea aliquid, pedetemptim tamen et tantum, quantum oratorem et non valeat avocare et possit ornare. cogita enim te de omnibus bonis artibus iudicaturum et, quanto dignitate omnes homines anteire, tanto scientia debere praestare. accipe igitur Horatiana metra, quae saepius flagitasti. nam quid 10 refert hunc poetam imitari, tenere, diligere, si non omnes virtutes eius penitus cognoveris? quare necessario altius et ab ovo mihi, quod aiunt, repetenda res est, ut de metris ipsis principalibus ante praecurram, quo magis haec quibus intendimus in aperto esse possint. sed, ut ille ait (*Sall. Catil. c. 4*), 'carptim, uti quaeque memoria digna videbantur', de multis auctoribus excepta perscripsi. 15 quod si omnia velis cognoscere et nomina et genera metrorum, cum tibi ab oratoria otium fuerit, veteres legemus, id est, ut ait Lucilius, archetypa, unde haec sunt omnia nata.

### DE LITTERIS VOCALIBVS

Igitur *ut* a certo initio auspicemur, de litteris vocalibus pauca dicam, simul 20 ne onerare te videar, cum artem grammaticam et intellexeris apud me et memoriae mandaveris diligenter, praesertim cum satis meminerim me tibi omnem summan

---

*Adscripta est discrepantia scripturae codicis Neapolitani IVA 11, qui olim Iani Parrhasii fuit. in iis quae a correctore codicis mutata erant priori scripturae C, emendationi correctoris additum est.*

ATILII FORTVNATIANI ARS *om.* 4 et ante dies *om.* 10 flagitasti *corr.*  
flagitasti 11 poenitus 12 ab ovo] a vivo 13 per praecurram, *sed per deletum*  
15 uti quaeque] utique que 17 Lucilius archeotyra 20 ut *om.* 22 memineris  
*corr.* — im

---

9 anteieris *Putschius* 12 ab ovo *Putschius* 17 legemus] lege *Parrhasius. fortasse*  
lege musicos archetypa *Parrhasius. fortasse* archetypos 20 Igitur ut a certo *Parrhasius*



metrorum breuitate pollicitum. ergo omissis omnibus quae iam nosti admonendus es vocales nostras dichronas esse, *id est* et produci et corripri. apud Graecos enim accepisti separatim natura longas, natura breues et dichronas.

## DE CONSONANTIBVS

5 De consonantibus hoc velim te diligenter tenere, esse apud nos quaedam elementa, quae minus virium habeant et sic in pronuntiatione, ut ita dixerim, liquescant atque solvantur, ut positione longam facere non possint, et sunt l m n r (haec Graeci hygra appellant, λ μ ν ρ), ne forte versum illum (*Verg. A. IV 1*) contra rationem putes factum,

10 at regina gravi iandudum saucia cura.

nam in illo pede, qui est ginagra, g littera consonantis vim tenet, r pro nulla habetur et hygra accipi debet in secundo loco posita, id est cum alia consonans vocali propior praecedit. ceterum si aliqua harum litterarum primum locum teneat, id est prope vocalem sit, consonans accipi debet. item cum metri necessitas 15 exigit, consonantes habentur.

## DE SYLLABIS

Syllaba est litterarum consensus per vocalem vel vocales comprehensus. aliquando tamen unam vocalem pro syllaba positam abusive syllabam vocamus. syllaba enim a Graecis dicitur ἀπὸ τοῦ συλλαμβάνειν τὰ στοιχεία. syllabae 20 aut breues sunt aut longae. breues efficit correpta vocalis. longae autem duobus modis fiunt, aut natura aut positione: natura, cum vocalis extenditur: positione fiunt modis sex, cum aut duae consonantes in eadem syllaba vocalem sequuntur, ut ars; aut in duas syllabas separatae, ut arcus; aut cum duplex littera in eadem syllaba est, ut nux, aut in sequenti, ut axis; aut cum sequuntur i vel v loco 25 consonantium positae praecedente alia consonante, ut (*Verg. A. I 36*)

cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus  
et (*Verg. A. XI 841*)

o nimium, virgo, nimium crudele luisti  
supplicium.

30 brevis syllaba tempus unum habet, longa, sive natura sive positione fuerit, duo.

---

*Codex Parrhasii* 2 dichronos esse et produci 7 et sunt, ut videtur, quamquam et non certo apparuit 8 ygra nec forte 11 gina gravi corr. gina gra g 12 ygra 13 eorum corr. harum 19 τας στοιχεία 23 ut ante ars om. aut in duas syllabas bis scripta sunt 28 luisti] uti 29 supplicium deleto posteriore loco p

---

2 dichronas esse *Parrhasius* 17 consensus] fortasse concursus 23 sequuntur ut ars *Parrhasius*

## DE PEDIBVS

Pedes simplices fiunt duabus vel tribus syllabis a sublacione in depositionem certis temporibus terminatis, paucissimis duobus, plurimis sex. sunt autem hi universi pedes duodecim. ex his disyllabi quattuor, pyrrichius ex duabus brevibus, spondeus ex duabus longis, iambus ex brevi et longa, trochaeus, quem quidam 5 chorion appellant, ex longa et brevi; trisyllabi octo, dactylus ex longa et duabus brevibus, anapaestus ex duabus brevibus et longa, creticus ex longa et brevi et longa, amphibrachys ex brevi et longa et brevi, bacchius ex duabus longis et brevi, antibacchius ex brevi et duabus longis, molossus ex tribus longis, tribrachys ex tribus brevibus. igitur simplices duplicati faciunt compositos pedes sexdecim, 10 qui sunt hi, ex spondeo et pyrrichio ionicus ἀπὸ μείζονος, ex pyrrichio et spondeo ionicus ἀπ' ἐλάσσονος, ex chorio et iambo choriambus, ex iambo et chorio antispastus, ex trochaeo et pyrrichio paeon πρῶτος, ex iambo et pyrrichio paeon δεύτερος, ex pyrrichio et trochaeo paeon τρίτος, ex pyrrichio et iambo paeon τέταρτος, ex duobus trochaeis ditrochaeus, ex duobus iambis διπλοῦς iambus, ex 15 duobus spondeis dispondeus, ex duobus pyrrichiiis proceleumaticus, ex iambo et spondeo epitritus πρῶτος, ex trochaeo et spondeo epitritus δεύτερος, ex spondeo et iambo epitritus tertius, ex spondeo et trochaeo epitritus quartus. ergo cum unus pes simplex bis positus compositum pedem fecerit, graece συζυγία, latine coniugatio dicitur. haec autem, cum duos similes pedes iungit, tautopodia, cum 20 diversos, dipodia appellatur. hi sunt qui in usum [excepto dactylo] omnium carminum veniunt, qui gressibus alternatis quasi incedunt per versus et moventur. hic est motus et ingressio, quam Graeci basin appellant: de sublacione constat et positione, quae et thesis dicitur, ut est 'armavi': ar sublacio est temporum duum, mavi positio temporum duum. pedes qui ex utraque parte paria tempora 25 habent ἄρτιοι et ἴσοι, qui inaequalia πέρισσοι et πάρισσοι appellantur.

*Codex Parrhasii* 2 fiunt| sunt 4 quattuor| illi 5 trocheus *constanter* 8 ex brevi et longa| ex brevi longa ex duabus| a duabus 9 antibacchus 10 sexdecim] 11  
sexs 13 ex iambo et pyrrichio] ex pyrrichio et trocheo 14 et trochaeo *om.*  
15 ditrochius 16 dispondius pyrrichis *corr.* — iis 17 πρῶτος ex trochaeo et spondeo epitritus *om.* 21 diversos pedes dipodia, *sed* pedes *deletum* post hi sunt *duarum litterarum spatium relictum est* 22 alternati perversus moventur 24 ut ante est *om.* 25 positio] depositio 26 habent aptiôlaetici quo inaequalia pepisos (*corr.* pepissos) et parisoi appellantur

2 pedes simplices fiunt *Putschius* 9 antibacchius *Parrhasius* 21 *fortasse* hi sunt qui in usum omnium carminum veniunt, qui excepto dactylo gressibus alternatis 22 alternatis *Parrhasius* 23 constant *Parrhasius*. *fortasse* hic motus et ingressio — de sublacione constat 26 ἄρτιοι et ἴσοι *Gaisfordius* qui inaequalia perissoi et parisoi *Parrhasius*

Depositio est, qua perspicitur, qua specie metrum finiatur. depositionis genera sunt quattuor: aut enim ἀκατάληκτον est, quando plenum metrum sive versus est; aut καταληκτικόν, quando syllaba deest; aut βραχυκατάληκτον, quando pes deest: aut ὑπερκατάληκτον, quando pes et syllaba deest. ἀκατάληκτον est, ut

5

avete fontes caeruli,

duo enim pedes integri integrum metrum dederunt καταληκτικόν, ut

quis hic manus tenellis,

syllaba deest quo minus dimetron sit; \* ὑπερκατάληκτον, ut

vallis per imas,

10 pes et syllaba deest quo minus dimetron sit. has omnes species inveniemus in his metris, quae per συζυγίασ ingressionem habent. in dactylico vero, cui nec pes nec syllaba potest in ingressione deesse, quippe cum eius simplicibus pedibus basis constet, non nisi acatalectum invenire poterimus. ideo autem dactylica sola simplicibus pedibus ingrediuntur, quoniam dactylus et spondeus aequalitatem tem-  
15 porum habent, alia autem per syzygias, quoniam diversae potestatis pedibus constant.

#### DE METRO

Metron est conceptio certis et legitimis pedibus expedita. dicitur autem et unus pes metrum, unde hexametrum versum appellamus, et una συζυγία, unde  
20 iambicum sive quem alium ex coniugationibus constantem trimetrum dicimus. similiter et versum unum, unde trochaicum metrum dico et paginam metra habere decem, cum versus eius numero. unam quoque syllabam metron dixerunt, a qua mensura incipit. ergo et syllaba, a qua pes, et pes, a quo συζυγία, et συζυγία, a qua comma vel colon, et comma vel colon, a quo versus nascitur, metra  
25 dicuntur.

#### DE RYTHMO

Inter metrum et rythmum hoc interest, quod metrum circa divisionem pedum versatur, rythmus circa sonum, quod etiam metrum sine plasmate prolatum proprietatem suam servat, rythmus autem numquam sine plasmate valebit. est etiam

---

Codex Parrhasii 1 quo corr. qua priore loco 2 ακατάληκτον 3 καταληκτικόν  
brachycatalecton 4 ypercatalecticon corr. ypercatalecton et] est 6 καταληκτικουμ.  
7 quis] qui 8 ypercatalecton vallis 10 et] est 14 ingredimur 15 alii autem  
per sysgias diversae 18 legigimis corr. legitimis 19 exametrum 24 et comma  
vel colon om. 28 metrom posteriore loco

---

4 pes et syllaba Putschius 8 lacunam, qua exemplum brachycatalecti versus excidit, indicavi. brachycatalecton plenus cadus musti p. 287, 2 9 vallis] Rufin. in metr. Ter. p. 562, 6 10 pes et syllaba Putschius 11 rectius erat cui nec pes nec pes et syllaba potest in ingressione deesse, et deinde non nisi acatalectum et catalecticum invenire  
14 ingrediuntur Parrhasius 28 fortasse quod metrum etiam sine

rythmus et in corporali motu. cum enim histrio indecenter signum aliquod expressit, arythmos dicimus, *cum* decenter, eurythmos. item si fuerit aequalitas corporis modice temperata, eurythmos, inaequalis vero et toris quibusdam confusa arythmos appellatur, unde Vergilius (*g. III 54*) 'tum longo nullus lateri modus'. toris enim extantibus et interrumpentibus latera arythma latera sunt facta. 5

## DE COLO ET COMMATE

Colon est pars sive partes versus integris pedibus impletae, ut (*Verg. A. XII 2*) 'defecisse videt sua'; habet enim tres pedes integros: comma pars versus sive partes imperfectae, ut 'arma virumque cano'; habet enim duos integros pedes et dimidium. et colon dictum quasi a corpore abscisum integrum membrum, 10 comma vero quasi trunca pars membri a corpore amputata.

Nunc dicere aggrediar metra principalia, quae a Graecis prototypa et arche-gona dicuntur. cetera enim ex his nata sunt, quae mutilata per cola et commata aut partibus adglutinantur similibus aut sola ponuntur, et sumunt vel a pedibus nomina ex quibus constant, ut dactylica *et* anapaestica; vel ab inventoribus, ut 15 phalaecia et sotadica; vel ab iis qui ea maxime frequentarunt, ut aristophania et asclepiadia; aut ab usu, ut priapea; aut a numero syllabarum, ut hendecasyllaba, aut a numero pedum, ut versus senarios dicimus, aut a numero syzygiarum, ut trimetros et tetrametros dicimus, aut a passionibus, ut coluros et scazontas, aut a tempore, ut saturnios, quod eo tempore primum in Italia usurpati sunt, quo Sa- 20 turnia urbs erat. igitur originalia sunt, ut dixi, numero octo, quae omnia proprio suo pede consistunt, unde nomina acceperunt, et sunt haec, dactylicum, anapaesticum, iambicum, trochaicum, ionicum ἀπὸ μείζονος, ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος, choriambicum, antispasticum. his quidam adiciunt proceleumaticum et paeonicum, quae possunt videri non inter prototypa ponenda, sed inter illa quae ex proto- 25 typis nascuntur. sed nos post octo prototypa haec duo coniungemus.

---

*Codex Parrhasii* 2 cum posteriore loco om. 3 toris quibusdam confussa 10 a corporea abscisum 12 utrum aggrediar an aggredior scriptum sit non satis certo apparet 12 arche-gona C archigona c 13 per cola | per colo 14 similibus | sibi 15 et post dactylica om. C, add. c 16 phaleca et sotadica C phalecia vel sotadica c 17 endecasyllaba 18 aut numero syzygiarum ut ante trimetros om. C, add. c 20 eo tempore C eodem tempore c 24 antispasticum cum C, sed cum deletum c adiciunt C adiciunt c paeonicum

---

3 fortasse inaequalis vero species 12 ante Nunc inscriptio de metris principalibus octo videtur omissa esse 18 aut a numero syzygiarum Parrhasius

## DE DACTYLICO

Dactylicum metrum dictum, quod ex omnibus dactylis constat. [sed melius sonat versus dactylicus hexameter, si catalecticus fiat, hoc est si disyllabum pedem in ultimo habeat, ut est (*Verg. Aen. IX 503*)

5 at tuba terribilem sonitum procul aere canoro]

sed admissus in societatem dactyli spondeus, scilicet propter temporum similem potestatem, heroum fecit. volunt enim heroum illo distare a dactylico, quod dactylicus ex dactylo solo sit, herous et ex spondeo. [et] hexameter autem et heroum volunt ab eo dictum, vel quod heroum facta primus Homerus hoc versu  
 10 cecinerit, vel quod vetustissimus et ante omnes primus fuerit hic versus (heroica enim vetera et antiqua dixerunt), vel quod hoc magna et sobria canantur, ut heroes magni et sobrii. idem et epicus dicitur, quod sermonum capax, et quod per eius pedes simplicius et facilius verba eant atque decurrant, ἀπὸ τοῦ ἐπεσθαῖ. hunc Ennius longum vocat, Graeci delphicum, quia hoc genere *metri* Phemonoe,  
 15 Apollinis vates, vaticinata est, et pythicum a Pythone. nam cum arcum in eum Apollo intenderet, hoc versu eum nymphae hortatae dicuntur. hexameter autem dictus, quod sex metris, hoc est sex pedibus, feritur. idem tamen, qui herous, etiam dactylicus nominatur, quamvis inveniri possit qui omnes spondeos habeat. recipit, ut dixi, pedes dactylum et spondeum omnibus in locis indifferenter, aliquando  
 20 in ultimo et trochaicum. omnis enim ultima syllaba in versu adiaphoros erit. item diligenter attende quod omnis syllaba, quae partem orationis finit, in omni versu similiter indifferenter accipitur, ut est (*Verg. georg. III 189*)

invalidus etiamque tremens, etiam inscius aevi:

25 dus syllaba indifferens. maximus qui est versus, syllabas habet XVII, ut (*Verg. Aen. IX 503*)

-----  
 Codex Parrhasii 3 ex ameter 8 et exametrum 9 quod heroum facta 10 heroici  
 enim 12 epicus in margine c Epicurus C 13 ἐπεσθαῖ 14 delphicum] Deliciacum  
 C Deliciacum in margine c metri om. phemonioae 16 ex ameter 17 quod  
 ex metris 18 etiam] iam et dactylicus 24 habet XVI  
 -----

8 et ante hexameter *delevit Putschius* 9 heroum facta *Parrhasius* 10 heroica  
 enim *Parrhasius* 11 fortasse canantur et heroes 14 delphicum *Fabricius bibl. graec. v. I p. 154 et Naekius Choeril. Sam. quae supers. p. 263. idem voluisse videtur corrector codicis Ursiniani Vaticani 3402, in quo est deliciacum adscripta in margine f littera* 16 post dicuntur vel a grammatico vel a librario omissus est versus ἢ πρῶτον, ἢ πρῶτον, ἢ πρῶτον. cf. *Mar. Vict. p. 50, 20 Vict. de metr. p. 215, 21* 17 quod sex metris *Parrhasius* 24 syllabas habet XVII *Gaisfordius*

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro;  
 minimus habet XII, ut est Ennianus

olli respondit rex Albai Longai.

sed hos et eos qui plures spondeos quam dactylos habent, quasi minus bonos et  
 sine dactylo parum teretes et sonoros, spondiazontas appellaverunt. proprium huius 5  
 est, quod semper a longa incipit et disyllabo pede finitur. optimus habetur, cuius  
 prima caesura penthemimerin habet orationis parte finitam, ut (*Verg. Aen. I 1*)

arma virumque cano Troiae qui primus ab oris,  
 aut duos pedes et trochaicum similiter partem orationis finientem, ut (*Verg.*  
*Aen. II 3*) 10

infandum, regina, iubes renovare dolorem.

haec interim catholica eius tibi erunt. nunc exempla videamus a dimetro. di-  
 metrum catalecticum, in quo clausula est hexametri, (*Hor. carm. I 2. 4*)

terrui urbem;

hoc et choriambicum est: trimetrum acatalectum 15

caeditur icta securi,

tetrametrum acatalectum

caelicolae Veneris sacra semina,

pentametrum acatalectum

haec mare canificat nec agit freta caerulea,

hexametrum acatalectum (*Verg. Aen. II 1*) 20

conticuere omnes intentique ora tenebant.

### DE ANAPAESTICO

Dactylico contrarium est anapaesticum metrum. huic naturale catholicum  
 est partes orationis singulis pedibus terminare: hic enim versus optimus est, se- 25  
 cundus ab optimo qui  $\sigma\zeta\sigma\gamma\acute{\iota}\alpha\varsigma$  parte orationis finit. nam sicuti in ceteris metris

---

<i>Codex Parrhasii</i>	5 spondiazuntas	7 penthemimerin	finita	13 dimetrum
catalectum C	dimetrum acatalectum c	exametri	16 ceditur	17 tetrametrum
acatalecticum C,	ubi Italiam fato profugus	tetrametrum catalecticum	<i>in margine adscripsit c</i>	
18 coelicolae	semina c foemina C	21 exametrum acatalecticum	26 optimo	
qui C	optimo ille qui c			

---

7 finitam *Gaisfordius* 13 dimetrum catalecticum] *Mar. Victor. p. 73, 4* erit ergo ver-  
 sus dimetrus catalecticus, qui duobus suis dumtaxat pedibus subsistit, tanquam terruit  
 urbem 15 fortasse trimetrum catalecticum, nisi potius icta securibus scriptum erat

vitiosum est, si singuli pedes partem orationis finiant, ita hic bonum est quod in aliis contrarium est. recipit pedes, suum scilicet anapaestum, dactylum et spondeum, raro et proceleumaticum: hos omnes omnibus in locis. dimetrum brachycatalectum

5  
dimetrum acatalectum

similes nobis volumus pueros.

item, si adicias 'edere', facies trimetrum brachycatalectum,  
similes nobis volumus pueros edere;

10 et [si] sic acatalectum,

similes nobis volumus pueros edere matres.

tetrameter plenus erit, si addas 'tu quoque perge'. hic quoque similiter tetrameter acatalectus est,

operam vobis dedimus, domini, reddite nobis debita similiter.

15

#### DE IAMBICO

Sequitur ut de iambico dicere debeamus, cuius auctorem alii Archilochum, alii Hipponactem volunt. sed primus Homerus hoc usus est in Margite.

ἦλθέ τις εἰς Κολοφῶνα γέρον καὶ θεῖος ἀοιδός,  
Μουσάων θεράπων καὶ ἐκρηβύλου Ἀπόλλωνος,

20

φίλην ἔχων ἐν χερσὶν εὐφρογγον λύραν.

iambica maledica carmina appellant, quod hoc pede [id est metro] olim lacerare et laedere solebant. iambicus trimeter qui est minimus habet syllabas XII, ut (*Hor. epod. 2, 1*)

beatus ille qui procul negotiis;

25 qui maximus, XVII, ut

rapite agite, proceres, rapite [o] iuvenum decus.

hic latine senarius, quod pedes sex simplices habeat, graece trimeter, quod tres *σοζογίας* habeat, appellatur. constat autem iambo suo principe. nam versus qui ex *hoc* uno est legitimus iambicus erit, quem Graeci *ὀρθόν* vocant, ut ille est,

30

beatus ille qui procul negotiis.

*Codex Parrhasii* 14 operariobis C operas vobis c debitas similiter C debita similes c  
16 archiloeum alii hipponactem 18 *μυθετικεῖς κολοφῶνα θεῖος c θεός C* 19 *μουσάων*  
*θεράπων c μουσῶν τεραπων C* 20 *εὐφρογγον] ἀφροντον* 21 lacerare c lacere C  
22 iambicus qui trimeter est minimus 29 *hoc om. C, add. c. ὀρθόν] ῥτιον.*

10 *fortasse* et fiet sic acatalectum 17 in Margite] *fragm. de heroo hexametro v.*  
*VI p. 633, 28* 29 *fortasse* qui ex uno iambo est

sed iambus, ut ait Horatius, (*a. p. 254*) spondeum in partem recipit, qui pes omnia paene metra ornat atque disponit. item solutio longae in iambo tribachyn facit, alterutrius longae spondei aut dactylum aut anapaestum: utraque enim longa spondei in iambico metro non potest solvi. fiunt ergo hi universi pedes quinque. inveniuntur semper hi omnes *in* incipientibus locis, id est sublacionibus, quae 5 loca imparia quidam vocant, in desinentibus vero, id est in depositionibus, quae loca paria appellant, *non* nisi qui a brevibus incipiunt. dimetron hypercatalecton  
valles per imas,

dimetron brachycatalecton [ut] plenus *cadus* musti, 10

dimetrum catalecticum aquae sonant liquentes,

dimetrum acatalectum *avete fontes caeruli,*

*trimetrum acatalectum* 15  
amare nolo nec dolore Clinia.

iambicum metrum, etiam si defuerit versui iambus vel rarus in eo fuerit, appellabimus. ille enim legitimus solus, quem ῥοθόν dixi, iambo solo constat. sed ut diximus iam dactylicum hexametrum etiam eum dici, qui omnes spondeos habeat, ita et hic iambicus dicitur, quamvis unum iambum habeat, (*Hor. epod. 2, 35*) 20  
pavidumque leporem et advenam laqueo gruem.

### DE TROCHAICO

Contrarium huic trochaicon metron, quod aequae quinque pedibus constat, trochaeo et ceteris quibus supra. nam trochaei longa soluta tribrachyn, alterutra spondei aut anapaestum aut dactylum faciunt. hi pedes omnes ponuntur paribus 25 in locis, *in* imparibus non nisi hi qui brevibus finiuntur. dimetrum hypercatalectum

nympha rorida,  
brachycatalectum

---

*Codex Parrhasii* 5 in *ante* incipientibus *om.* 7 non *ante* nisi *om C, add. c* quia brevibus *C* qui brevibus *c* metron *corr.* dimetron ypercatalecton *C* ypercatalecton ut *c* 10 *cadus om. C, add. c* 12 aquae] imaque *C* aquae in *marginē c* 13 dimetrom acatalectum 14 *avete fontes caeruli* trimetrum acatalectum *om. C, in marginē adscripsit c* 16 *dolore C dolere c* 17 iambicum metrum *C* iambicum hoc metro *c* 18 ῥοθόν] ῥοτιον 19 exametrum 20 ita et hic *C* ut est hic *c* 24 longas *corr.* longa soluta *C, solit in marginē adscripsit c* 26 in *ante* imparibus *om. C, add. c* ypercatalectum

8 vallis *p. 281, 19*

14 *avete]. p. 281, 15*

16 *amare] Mar. Vict. p. 62, 1*



- fontium sorores;  
 hoc et ithyphallicum dicitur: dimetrum catalecticum  
 Martium canunt tubae,  
 trimetrum catalecticum  
 5 Sol, superna qui regis, parens deus,  
 trimetron acatalecton  
 tu, profunda quae regis, parens Diana,  
 tetrametrum catalecticum  
 tale quale vere primo sibilat teres donax:  
 10 hic, quia quattuor metris constat, et quadratus vocatur.

## DE CHORIAMBICO

- Choriambicum metrum constat initialibus locis ipso chorio, id est trochaeo,  
 et tribracho, in sequentibus iambo. dimetrum hypercatalectum  
 o quis Adonem,  
 15 dimetrum acatalectum  
 sanguine quis purpureo,  
 trimetrum catalecticum  
 heu miserandae volucres Martiae,  
 tetrametrum catalecticum  
 20 quoque vocarit [te] volucer te choriambus ito,  
 tetrametrum acatalectum  
 uror amoris stimulo, cor quatit artus pavidos.

## DE ANTISPASTICO

- Antispasticum metrum Sappho invenit. constat iambo et trochaeo: conce-  
 25 ditur in  $\sigma\zeta\upsilon\gamma\acute{\iota}\alpha$  prima primo loco pro iambo quovis alio pede disyllabo uti,  
 pyrrichio aut spondeo aut trochaeo. dimetrum hypercatalectum  
 volant praepetes,  
 trimetrum catalecticum

---

*Codex Parrhasii* 9 primos corr. primo 12 chorio C choreo c 13 ypercatalec-  
 tum 18 miserande martie 22 uror] vi quatit artus c quati ortus C  
 23 De antipastico 24 Antispasticon corr. — cum conceditur in C tamen post con-  
 ceditur in margine add. c. 26 ypercatalectum 27 prepetes

---

1 fontium] *fragm. Bob. v. VI p. 621, 10* 3 Martium] *ib. 621, 13* 5 Sol] *ib. 621, 16*  
 9 tale] *ib. 622, 8. Mar. Vict. p. 85, 1* 14 o quis Adonem] *Mar. Vict. p. 86, 24*  
 22 uror amoris *Marius Victorinus p. 86, 5* 27 volant] *Mar. Vict. p. 88, 25*

quae rupes habeant hic et opacae,  
*tetrametrum brachycatalectum*

Maecenas atavis edite Pegaeae bonis:  
 item si unam syllabam adieceris, erit catalecticum,

Maecenas atavis edite Pegaeae beatiss;  
*si duas, acatalectum*

5

Maecenas atavis edite Pegaeae Reatine.

## DE IONICO A MAIORE

*Ionicum metrum* quod a maiore dicitur constat spondeo et pyrrhichio et trochaeo et praeterea solutionibus spondei, id est anapaesto vel dactylo, et solutione trochaei, id est tribrachi, indifferenter in locis omnibus, ita tamen ut omnis coniugatio sex tempora habeat. *dimetrum brachycatalectum*

veris coma florens,

*dimetrum acatalectum*

quae Pegasiis fontibus,

15

*trimetrum brachycatalectum*

non Idalio sic puer alto,

*tetrametrum brachycatalectum*

volo litoris in margine solus ambulare:

hoc et sotadicum dicitur: *tetrametrum acatalectum*, quod apud Cleomachum invenitur, ex duobus colis coniunctum

uvae nitidis frondibus Euan hederis inligat.

## DE IONICO A MINORE

*Ionicum metrum* quod a minore appellatur constat pyrrhichio et spondeo et spondei solutione, anapaesto et dactylo. hic quoque in singulis coniugationibus sex tempora impleri necesse est. *dimetrum acatalectum*

---

*Codex Parrhasii* 1 habeant hic et opacae C habitant hic et opacas c 2 tetrametrum brachycatalectum om C tetrameter brachycatalectus in margine adscripsit c 3 maecenas, item 5. 7. pegaeae item 5. 7. 4 syllabam bis scriptum C, priore loco deletit c 4 catalecticis 6 si duas acatalectum om. C, acatalectus in margine adscripsit c 7 reatinae 8 De ionico quod a maiore dicitur. constat 14 catalectum 15 quae Pacosius fontibus C quae pegasius fontibus <sup>fon</sup> c 17 idalios 20 hoc est corr. hoc et cleomacum c clenacum C 22 floribus euadne C frontibus heuan in margine c 25 dactilo corr. dactylo

---

13 veris] *Mar. Vict. p. 90, 29* 20 apud Cleomachum] *cleomachium metrum dimetrum acatalectum dixerunt Hephaestio p. 36, 1 ed. Westph. Plotius p. 540, 17 Marius Victorinus p. 89, 33* 22 uvae nitidis frondibus heuan hederis inligat *Marius Victorinus p. 91, 2*

Ararim sic [ut] super altum:

Horatius (*c. III 12, 1*)

neque dulci mala vino:

trimetrum acatalectum

5 miserarum est neque amori dare ludum,

tetrametrum catalecticum

equus albo vehit, uber tumet albo latice,

tetrametrum acatalectum

propere qui residens in gremio Faune celocis.

10 De anadiplumeno. Anadiplumenon ex hoc minore ionico nascitur, quod ab illo hoc distat, quod a cretico incipit et est tetrametron,

defeci neque amori dare ludum libet ultra.

Est et aliud ex hoc metro ionico, quod galliambon dicitur, quod in fine degenerat, quo minus integrum ionicum ἀπ' ἐλάσσονος faciat,

15 miserarum est neque amori dare posse remedia.

Ex hoc genere est quod anaclomenon appellatur, quod ordinem pedum naturalem ac solitum amittit et immutatis pedum coniugationibus copulatur. dimetrum acatalectum

Paphias amor columbas.

20 nam constat pyrrhichio et trochaeis duobus et spondeo: quarta enim syllaba, quae debet longa esse, brevis et sequens longa est, quam oportebat brevem esse. hoc metrum si geminetur, facit tetrametrum ionicum a minore anaclomenon, quod heteromeres sapphicum nominatur, hoc modo,

docuit patens labellum bifido iugare rictu.

25 simile tetrametrum mensura, non coniugationibus,

viridi Palladis umbra sonat oscinum loquella.

Has tres species ideo iunxi, quoniam paene idem sunt quod ionicus ἀπ' ἐλάσσονος.

---

*Codex Parrhasii* 4 trimetrum catalectum 6 tetrametrum catalectum cūs albo vehit  
 9 colocis C e locis c 10 De anadiplumeno C De anadiplumene c 11 tetra-  
 metros 12 ultra tamquam extra versum positum atramento scriptum est 13 ex hoc  
 metro C ex metro c 14 ionicum a poetis ἀπ' ἐλάσσονος, sed poetis deletum 15 dare  
 possessore media C dare possit remedia c 17 amittit c amittis C 19 paphias amor  
 C, ubi praeterea amor in margine adscripsit c 23 eteromeres 24 diffido c diffida C  
 26 utrum viridi an vrudi scriptum sit, non satis certo apparet 27 ἀποελάσσονος C ἀποε-  
 λάσσονος est c

---

1 Ararin sic super altum *Marius Victorinus p. 95, 20* 12 fortasse deficit, si modo  
 recte a cretico, non a molosso incipere versum grammaticus dixit 15 dare posse remedia  
*L. Müllerus de re metr. poet. lat. p. 160* 19 Paphias] *Mar. Vict. p. 94, 1* 24 bifido  
*Gaisfordius*

## DE PROCELEVMATICO

Quidam adiciunt his octo proceleumaticum, cui nec addi quicquam nec detrahi potest: omnibus enim brevibus constare debet. dimeter catalecticis

ave nemora silent,

tetrameter catalecticis

5

maritima itinera peragere cupio.

## DE PAEONICO

Paeonicon metron ex ipso pede suo nomen accepit. recipit autem in principio creticum praeter ipsum paeona, in ultimo *semper creticum*, duos autem paeonas in medio. exemplum utriusque linguae sic erit, tetrametrum catalecticis 10

ὦ πόλι φίλη Κέκροπος αὐτοφυές Ἀττική,

oro te, ne facilis esto magis ad tuos.

Haec sunt, ut dixi, metra originalia. cetera omnia ex his sunt deducta, quae a Graecis paragoga appellantur, de quibus pauca adhuc dicam (nam quaedam iam suis originalibus iunxi), ut videas, quanta horum quae supra dixi permix- 15  
tione metra aut facta sint aut fieri adhuc possint. et primo quidem de pentametro epodico dicam, ut ad initia redeamus. nam et hic a dactylico nascitur. nam prima eius parte duo pedes ex dactylico, *dactylus* et spondeus, sed varie commutatis vicibus, inveniuntur; tertius spondeus, ita ut prima eius syllaba hemistichium et partem orationis *finiat, sequens hemistichii sequentis partem orationis* 20  
incipiat. inde mutat dactylicam condicionem et transit in anapaesticam: nam iam residui erunt duo anapaesti. aut sic, ut media caesura duo penthemimere dividat, in primo varie positus pedibus, ut dixi; in secundo semper duo dactyli erunt. dictum penthemimeres quasi τῶν πέντε τὸ ἕμισυ. habet enim prima pars duos

*Codex Parrhasii* 4 aves 7 De peonico 9 praeter ipsum paeonam ultimo vel paeona duos 11 πόλι φίλη κέκροπος αὐτοφυές ἀπικης C, ubi αὐτοφυές correxit et in margine ὦ πόλις φίλη κέκροπος αὐτοφυοαττικὴ adscripsit e 12 oro te] Rote C o rege te e 16 possunt 17 initiare corr. initia nascitur nam C, post nascitur in margine cuius divisio duplex traditur adscripsit e 18 primae eius partes duo pedes e duae pedes C ex dactylo et spondeo 19 commutatis e communicatis C 20 hemistichium et partem orationis incipiat inde C hemistichium et partem orationis finiat sequens hemistichius sequentis partem orationis incipiat deinde, sed finiat — partem orationis in margine scripta e 22 duo pentemimeris 23 dictum pentemimeres 24 par prima pars, sed par deletum

4 ave] *Mar. Vict. p. 53, 11. 78, 7. 99, 12* 6 itinera maritima *Hensius de Iuba artigr. p. 294* 11 ὦ πόλι] *Heph. p. 41, 1 ed. Westph.* ἐπιτηδεύουσι δὲ ἐνοιοι τῶν ποιητῶν τοὺς πρώτους καλουμένους παίονας παραλαμβάνειν, πλὴν τῆς τελευταίας χώρας, εἰς ἣν τὸν κρητικὸν παραλαμβάνουσιν. οὕτω γοῦν τὸ πολυθρόλλητον τετραμέτρον συντιθέασιν, οὗ παράδειγμα ἐκ τῶν Ἀριστοφάνους Γεωργῶν, ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτοφυές Ἀττικὴ 13 ante Haec inscriptionem de pentametro epodico addidit *Gaisfordius* 16 possint *Parrhasius*

pedes et syllabam partem orationis finientem, secunda item similiter divisa: prima sic, (*Ovid. trist. I 1, 2*) 'hei mihi cum domino', secunda 'non licet ire tuo'. hic et elegus vocatur, quando per vices heroo subiungitur nec seorsum ac solitarium carmen facere potest, subiungitur autem sic (*Ovid. art. am. I 295*),

- 5 Pasiphae niveo gaudebat adultera tauro,  
invida formosas oderat illa boves.

## DE PRIAPEO DACTYLICO

Priapeum dactylicum metrum tertium pedem parte orationis finit, producta tamen in ultimo syllaba (nam glyconius versus sic habet) et in duas aequales  
10 dividitur partes. quod heroum manifestum esse Homerus et Virgilius probaverunt, qui hoc usi sunt: Homerus (*Il. I 529*)

Κουρήτες τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι,  
et Vergilius (*Aen. III 77*)

- immotamque colli dedit et contemnere ventos  
15 et (*georg. III 6*)

cui non dictus Hylas puer et Latonia Delos.

prima autem pars glyconius versus est, secunda pherecratius, quae utraeque partes dactylicae sunt. nam et Horatianos (*carm. I 5, 3*) duos si iungas, priapeus fiet, cui flavam religas comam grato, Pyrra, sub antro.

- 20 ergo et glyconium metrum et pherecratium et quod ex iis componitur priapeum de dactylico nascitur. est alius priapeus, qui et bucolicus vocatur, ut (*Catull. 18, 1*) hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape.

hic quoque octava syllaba partem orationis finit, ideoque hoc metrum παραωρισμένον dicitur.

- 25 DE BUCOLICO

Bucolicus similiter ab heroo venit. herous, si quarto pede partem orationis finiat, bucolicum facit, ut (*Verg. bucol. 3, 60*)

ab Iove principium Musae, Iovis omnia plena.

Theocritus hanc metri legem custodivit, Vergilius contempsit.

- 30 DE PENTAMETRO HEROO

Qui autem quintum pedem parte orationis finit, pentameter herous dicitur, ut (*Verg. Aen. XII 927*)

decidit ad terram duplicato poplite Turnus.

*Codex Parrhasii* 2 hei mihi cum domino non licet ire tuo secunda non licet ire tuo C, post secunda adscripta sunt hei mihi quo domino c 9 et duas aequales dividit partes 12 κουρήτες τ' ἐμάχοντο c κουρτες τεμαχοντο C μενεχαρμοι 14 immotamque c immotamque C 17 glyconius feregratius 18 nam ex Horatio nos 20 ergo et c ergo est C glyconium ferecratium 23 παραωρισμένον in lacuna in C relicta scripsit c 33 decidit C incidit c poplite C pondere c

## DE LOGAOEDICO

Et de anapaestico nasci logaoedicum metrum videmus, si metrum anapaesticum antibacchio concluderis, graece

ἀγέτω θεός, οὐ γὰρ ἔχω δίχα τῶνδ' αἰεΐδεν,

latine

agito deus huc, ego me dabo fessa vobis.

5

## DE SCAZONTE

In iambico metro si paenultimam longam feceris, scazon vocatur, quem et choliambon et hipponaction vocant, ut (*Catull. 37, 1*)

salax taberna vosque contubernales.

10

## DE PHALAEICIO HENDECASYLLABO

Ecce et phalaecium metrum partem primam de antispastico metro habet, sequentem de iambico, ut (*Catull. 2, 1*)

passer deliciae meae puellae.

*nam prima syzygia antispastica est, at vero pars sequens 'ciae meae puellae'* 15

dimetrum iambicum catalecticum habet. eadem pars dicitur comma anacreontion.

potest prima pars a dactylico nasci, sequens ab iambico sic [ut],

castae Pierides meae Camenae:

divisio erit talis,

castae Pierides, nostris adsistite votis

20

et

meae Camenae, vos sorores invoco.

## DE ITHYPHALLICO

Ithyphallicum metrum de trochaico est. nam ex tribus trochaeis constat, quod fit, si ter Bacche dicas,

25

Bacche Bacche Bacche,

ut sit

conditor vel orbis.

*Codex Parrhasii* 3 antibacchio C palimbacchio c 4 αγέτω θεός ου γὰρ εχ ω  
 αγχωωνα και de in in lacuna in C relicta scripsit c 6 agatodeus huc ego mi dabo, sed mi  
 postea eadem manu additum fessa c festa C vobis] boves 9 coliambon et hippo-  
 naethipponaction 11 De phalecio endecasyllabon corr. — bo 12 phalecium anti-  
 pasto 15 nam prima syzygia antipastica est at vero pars sequens ciae meae puellae c,  
 om. C 17 dactilico 27 ut sit C et sic c

4 ἀγέτω] *Hephaest. p. 29, 16 ed. Westph.* καλεῖται μὲν οὖν ἀρχεβούλειον ἀπὸ Ἀρχεβούλου  
 τοῦ Θηβαίου ποιητοῦ χρησαμένου αὐτῷ κατακλίρω. γέγραπται δὲ καὶ Καλλιμάχῳ Ἀγέτω  
 θεός, οὐ γὰρ ἐγὼ δίχα τῶνδ' αἰεΐδεν, *ubi ἔχω δίχα τῶνδ' scripsit Bentley in Callim. fragm. 146*  
*p. 500 ed. Ern.* 18 castae] *Mar. Vict. p. 148, 32 Caes. Bass. p. 259, 1*

dictum est autem inde, quod in mysteriis Liberi Athenis vates stipitem rectum in modum fascini tenebat, et qui hoc genere metri canebant falloforoe et falloedoe dicebantur. hoc et aeschrionium vocant.

## DE SATVRNIO

5 Saturnio metro primum in Italia usi. dictum autem a Saturnia, urbe vetustissima Italiae. hic versus obscurus quibusdam videtur, quia passim et sine cura eo homines utebantur; maxime tamen triumphaturi in Capitolio tabulas huius modi versibus incidebant, et est sic,

summas opes qui regum regias refregit.

10 habet autem *in* prima parte iambicon dimetron catalecticon, in secunda trochaicon dimetron brachycatalecton, quod et ithyphallicon diximus, ut

dabunt malum Metelli Naevio poetae.

Cetera partim in Horatio recognoscens, partim in archetypis auctorum libris, unde haec nos excerpimus.

15

## DE METRIS HORATHI

Nunc priusquam ad Horatiana metra veniamus, quae partim a veteribus Graecis transtulit, partim sibi ipse composuit, admonitum velim omnia quae paragoga diximus componi ex illis principalibus metris aut adiectione aut detractone aut concinnatione aut permutatione: adiectione, ut (*Hor. carm. I 4, 1*)

20

solvitur aeris hiems grata vice veris et favoni;

accessit enim heroo metro syllaba, quae versum faceret longiorem: detractone, tanquam (*Hor. carm. I 4, 2*)

trahuntque siccas machinae carinas;

detracta enim syllaba trimetron fecit minorem: concinnatione, (*Hor. carm. I 2, 1*)

25

iam satis terris nivis atque dirae;

huius enim prima caesura trochaica, sequens iambica est: permutatione, sicut cum

---

*Codex Parrhasii* 3 aeschronium C aschronium c 6 hic versus C et hic versus c  
8 et est sic c id est sic C 10 in ante prima om. C, add. c primam partem corr. prima  
parte 11 ithyphallicom c itypallicom C 12 Nevio 15 De metriis

---

1 *Plot. p. 529, 19* ithyphallicum dictum, quod hoc sono cantantes Athenienses Libero patri φαλλόν, id est fascinum virilem, ἔθονον, id est ciebant 3 aeschrionium] *p. 299, I Mar. Vict. p. 105, 11* 17 admonitum te velim *Hensius de Iuba artigr. p. 159*

Archilochus primam partem heroi fecerit, sequentem iambici, ut est (*Hor. epod. 11, 2*)

scribere versiculos amore percussum gravi,

Horatius permutavit et fecit priorem iambicam, sequentem heroicam sic, (*Hor. epod. 13, 4*)

5

occasionem de die dumque virent genua.

Haec autem Horatii carmina, de quibus dicere institui, monostropha Graeci appellaverunt, quod prima strophe duobus vel tribus *vel quattuor* colis explicata ceteras sequentes similes habeat, nec in aliqua parte interveniente epodo cola mutantur. colon quid sit iam diximus, a quo *dicola sive tricola sive tetracola* 10 dicuntur haec carmina. in cantionibus autem lyricis legitime scriptis, hoc est *non* monostrophis, haec tria inveniri necesse est, strophem, antistrophem, epodon. olim enim carmina in deos scripta *ex his tribus* constabant: circumire aram a dextra strophem vocabant, redire a sinistra antistrophem, post, cum in conspectu dei consistentes canticis reliqua peragebant, epodon, ἐπι τῇ στροφῇ καὶ ἀντιστροφῇ 15 ἐπιῖδον. hinc translatum nomen est in has epodos, quae binos versus impares habent. nam ut illic epodos canticum finit, ita hic versus secundus sensum: hoc est enim legitimum in epodis. ergo secundum haec et elegia epodicum carmen. haec igitur cantio lyrica, quae tres has partes habet, periodos appellatur, eadem trias, si ex tribus his constet. solet enim abundantior et plenior cantio habere 20 ante strophem prodon, aliquando et in medio, hoc est inter strophem et antistrophem, mesodon. inveniuntur autem in strophe cola vel commata aliquot ex voluntate scribentis varia metri lege finita: huic antistrophe redditur totidem colis, isdem metris: tertio additur epodos iam quolibet metro. haec est, ut dixi, quam triada appellant. sed quoniam haec accuratius graeci poetae servaverunt, melius 25 te graeci magistri de exemplis graecis docebunt. nunc veniamus ad divisionem metrorum.

---

Codex Parrhasii	1 arcēlocus	3 amore	4 sequentem] <i>fortasse</i> et sequentem,
	<i>quamquam</i> et <i>non satis certo apparuit</i>	6 occasionem	8 vel quattuor <i>om.</i>
	sive <i>om.</i>	11 non <i>om.</i>	10 dicola
		13 ex his tribus <i>om.</i>	a ante dextra <i>om.</i> C, <i>add. c</i>
15 καὶ] κατὰ	16 ἐπιῖδον] ἐπ	18 in epodis legitimum <i>corr.</i> legitimum in epodis	
20 tribus] rebus	21 ante strophem] antistrophem	22 aliquod	24 hisdem

---

8 vel quattuor *addidit Bergkii in commentatione academica beneficij Thielemanniani lege edita Halis a. 1863 p. 7* 10 dicola sive *addidit Bergkii l. c.* 11 hoc est non monostrophis *Caesar de nonnullis metr. lat. locis ind. lect. Marburg. a. 1874 p. VIII* 13 scripta constabant tribus his, strophe antistropho epodo *Bergkii l. c.* 20 si ex tribus his constet *Bergkii l. c.*



## I Maecenas atavis edite regibus.

asclepiadeon metron vocatur, non quod repertor eius Asclepiades fuerit, sed quod eo familiaris et frequentius sit usus. ante illum enim usi Alcaeus, et Sappho hoc integro usa est in libro quinto. inter binos *vel ternos vel quaternos* versus  
 5 decurrunt melica: systematica sunt, hoc est binis vel tribus vel quattuor versibus constant. hoc metrum videtur a pentametro epodico natum. nam habet duo pen-  
 themimere, primum acatalectum, secundum catalecticum,

Maecenas atavis edite regibus:

huic si reddas in ultimo syllabam, integer erit pentameter, ut

10 Maecenas atavis edite regibus o.

ab eo tamen pentametro nascitur, qui XIII syllabas habet, hoc est cuius prima pars de spondeo et dactylo constet. ceterum asclepiadeon duodecasyllabon esse oportet. potest et antispasticon esse trimetron acatalecton, cuius paenultimam adfectavit pro  
 longa brevem facere, cuius ingressio est talis,

15 Maecenas a , tavis edi , te regibus.

tetrametron fecit eius generis (*Hor. carm. I 11, 1*)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

quidam volunt adiectis duobus *pedibus*, spondeo ad caput, pyrrhichio ad finem, in medio dimetron choriambicon clausum, ut ingressio talis sit,

20 Maece nas atavis edite re gibus.

nam si solas duas  $\tau\rho\zeta\omicron\gamma\acute{\iota}\alpha\zeta$  pronunties, choriambicum sonant. eius generis tri-  
 metron fecit sic,

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

denique si tertium choriambum tollas, remanet asclepiadeus, ut

25 tu ne quaesieris scire nefas tibi.

alii de hexametro volunt natum. nam si tertio loco adicias pater, quinto regibus, hexametrum facies sic,

Maecenas atavis pater edite regibus altis.

*Codex Parrhasii 1 nota numeri I omissa est*    *Mecoenas item in reliquis versibus*    3 Alceus  
 4 vel ternos vel quaternos om.    10 regibus o] regilio    12 caeterum    18 pedibus om.  
 19 sit om.    26 exámetro    natum] tantum    27 exámetro

3 usi Alcaeus et Sappho. Sappho hoc integro *Hertzius N. Jahrb. f. Philol. a. 1866*  
*p. 580. cf. p. 298,3 de glyconeo* usi sunt hoc genere metri Alcaeus Sappho Aleman  
 5 fortasse et systematica sunt

II Iam satis terris nivis atque dirae  
grandinis misit pater et rubente  
dextera sacras iaculatus arces  
terrui urbem.

hos hendecasyllabos alii alcaicos, alii sapphicos vocant. prima in his caesura 5  
trochaica est: nam habet dimetron brachycatalecton, sequens iambica habet dimetron  
hypercatalecton; et ingrediuntur sic,

iam satis terris nī , vis atque dirae.

alii faciunt primam syzygiam trochaicam, in qua secunda pars aliquando et spon-  
deum habet, secundam choriambicam, tertia bacchium habet: dividitur sic. 10

iam satis ter , ris nivis at , que dirae.

nasci autem videtur ab alcaico hendecasyllabo,

ὦ ἄναξ Ἄπολλον, παῖ μεγάλῳ Δίῳ

et (*Hor. carm. I 9, 1*)

vides ut alta stet nive candidum. 15

huius si primam syllabam in ultimum transtuleris, facies hendecasyllabum  
sapphicum,

des ut alta stet nive candidum vi.

quarto loco clausula est hexametri ex dactylo et spondeo, ut est 'primus ab oris'.  
denique si hanc tollas et Horatianam adicias, facies integrum hexametrum, 20

arma virumque cano Troiae qui terrui urbem.

eadem clausula et in anapaesticam syzygiam cadit. nam si iungas hanc illi Ver-  
gilianae, dimetrum anapaesticum facies,

primus ab oris terrui urbem.

haec eadem habet choriambicum dimetron hypercatalecton. 25

III Sic te dīva potens Cypri,  
sic fratres Helenae, lucida sidera.

tertia ode dicolos est, habet primum octosyllabum anacreontium, quem et glyconium  
vocant, habet originem ab heroo, constat ex spondeo et duobus dactylis. huic si

---

*Codex Parrhasii* 7 ypercatalecton ingredimur 12 endecasyllabo 13 ἀπολλῶν τι  
μετρία ὀμιλοῦς corr. — λοις 16 endecasyllabum 18 vides ut alta stet nive candidum  
quarto 19 exametri 20 facis exametrum 25 ypercatalecton

---

13 ὦναξ Ἄπολλον παῖ μεγάλῳ Δίῳ *Hephaestio p. 45, 14 ed. Westph. schol. Hephaest.*  
*p. 219, 16* 18 des ut alta stet nive candidum vi *Gaisfordius*

iungas heptasyllabum pherecratium, qui constat ex spondeo et dactylo et spondeo, priapeum facies, qualis apud Homerum (*Il. I 529*)

Κουρῆτες τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι  
et (*Verg. Aen. III 77*)

5 immotamque coli dedit et contemnere ventos.  
anacreonteon est

γουνουμαί σ' ἐλαφηβόλε.

usi sunt hoc genere metri Alcaeus, Sappho, Alcman. secundus versus,  
sic fratres Helenae lucida sidera,

10 asclepiadeus, de quo iam dictum est.

IV Solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,  
trahuntque siccas machinae carinas.

quarta quoque dicolos ad exemplum Archilochi facta,

οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἀπαλὸν χροῶ· κάρφεται γὰρ ἤδη. \*

15 differunt primi hoc uno, quod in graeco secundus spondeus, in latino tertius est. neque tamen ordinem Flaccus in omnibus servavit, sed varie et licenter, dummodo ne ab heroo recederet. habet ergo prima caesura heroum tetrametrum, et talis est haec pars, qualis illa Homericā (*Il. A 43.*), ὧς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε, vel haec Vergiliana (*Aen. I 463*), 'solve metus feret haec aliquam  
20 tibi'. quorum alteri deest Φοῖβος Ἀπόλλων, alteri 'fama salutem', quae si adicere Flacciano et Archilochio volueris, implebuntur et fient solidi heroi sic,

solvitur acris hiems grata vice fama salutem,

οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἀπαλὸν χροῶ Φοῖβος Ἀπόλλων.

*Codex Parrhasii* 1 eptasyllabum ferecratium 3 τε μαχοντο μενεχαρμαι 7 γουνουμαί σ' ἐλαφηβόλε c γουνουσι μαισι ελαφηβόλε C 8 Alceus Alcman 14 ὑκετομος ἄλλοις απολλων differunt lacuna unius et dimidii versus post απολλων relicta 18 ὡς εφατρευχομενος του δηκλυε vergiliana Solve metus feret haec aliquem tibi fama salutem quae si adieceris C ὡς εφατ' εὐχόμενος τοῦ δ' ἔκλυε vergiliana Solve metus fere haec aliquem tibi quorum alteri deest φοῖβος ἀπολλων alteri fama salutem quae si adicere c. post κλυε lacuna cum nota defectus in C relicta neque a correctore suppleta est 21 archilocheo heroi sic] heroici 23 ουκεθομος ἄλλοις απολλων χροα φοιβος απολλων

7 *Hephaest. p. 69, 25 ed. Westph.* κοινὸν δὲ ἐστὶ κατὰ σχέσιν τὸ δύο συστήμασιν ὑποπεπτωκός, καθάπερ τὸ πρῶτον Ἀνακρέοντος ἄσμα Γουνουμαί σ', ἐλαφηβόλε Ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων Δέσποιν' Ἄρτεμι θηρῶν. 14 *Archilochi versum* οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἀπαλὸν χροῶ, κάρφεται γὰρ ἤδη saepius pro exemplo posuit *Hephaestio p. 21, 8. 24, 1. 50, 19. Atilius adscripserat etiam epodicum versum infra repetitum, qui est apud Hephaestionem p. 18, 7 de versibus iambicis catalecticis, τρίμετρον δέ, οἷον τὸ Ἀρχιλόχου Ὀγμος κακοῦ δὲ γήραος καθαιρεῖ*

posterior pars, 'veris et favoni', ithyphallicus versus est ex tribus trochaeis. talis est pars ex Catulliano hendecasyllabo (c. 1, 2) detracta priore parte, 'pumice expolitur', idque si adieceris ad Horatiani partem superiorem, fiet archilochius,

solvitur acris hiems grata vice pumice expolitur.

graecus est talis \* . quod metrum quidam et aeschronium vocant. plerique 5  
versum totum ex heroo factum per adiectionem unius syllabae tertiae ante ultimam dixerunt; et parte sublata sive mutata formam hexametri recipit, ut

solvitur acris hiems grata vice veris et anni

vel

solvitur acris hiems grata vice vere favoni.

10

secundus versus,

trahuntque siccas machinae carinas,

syllaba brevior est quam trimeter iambicus, qua reposita expletur sic,

trahuntque siccas machinae carinulas;

vel si malis scazonta facere,

15

trahuntque siccas machinae carinatas.

Archilochus † *ὄλμον κακόν* \* *reliquum* in Archilocho attendendum. hunc quidam hendecasyllabum archilochium dixerunt.

V Quis multa gracilis te puer in rosa  
perfusus liquidis urget odoribus  
grato, Pyrra, sub antro?  
cui flavam religas comam?

20

quinta ode habet duos primos asclepiadeos, tertium *pherecratium*, quartum ana-  
creontium, *qui et glyconius*, de quibus iam diximus. *pherecratius* priapei erit  
pars, praeposito tamen glyconio sic,

25

cui flavam religas comam grato Pyrra sub antro:

talis hic qualis ille, (*Verg. Aen. III 77*)

immotamque coli dedit et contemnere ventos.

---

*Codex Parrhasii* 2 endecasyllabo 5 post talis lacuna unius fere versus spatio relicto  
indicata est eschronium 7 exametri 17 *ὄλμον κακόν* in archilocho lacuna post *κακόν* relicta  
18 endecasyllabum 19 nota numeri V hoc loco omissa post comam addita est 23 tertium  
anaeontium quartus glyconius 24 pherecratius om. 25 glyconio corr. glyconio

---

5 in lacuna exemplum graeci versus, in quo tetrameter Archilochi *ὄλκέθ' ὄμοϊς θάλλεις ἀπὸ λὸν χρίζα* cum extrema parte hendecasyllabi compositus erat, omissum est 5 aeschronium] p. 293,23 17 reliquum] cf. p. 302,23 reliquum in Euripide attendendum

item hos si iungas, idem fiet, γουνοῦμαί σε \* utraque haec pars Anacreontis est.

VI Scriberis Vario fortis et hostium  
victor, Maeonii carminis alite,  
5 quam rem cumque ferox navibus aut equis  
miles te duce gesserit.

tres primi asclepiadei, ut

Maecenas atavis edite regibus;

quartus glyconius, ut

10 γουνοῦμαί σ' ἐλαφρῆβόλε

[utraque haec pars Anacreontis est].

VII Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen  
aut Epheson bimarisque Corinthi.

primus herous, secundus item herous, sed tetrameter, cui si reddas duos pedes,  
15 erit solidus hexameter sic,

aut Epheson bimarisque Corinthi primus ab oris

vel (*Hor. carm. I 7, 24*)

sic tristis affatus amicos Cynthus auctor.

VIII Lydia, dic, per omnis  
20 te deos oro, Sybarim cur properas amando.

hoc totum choriambicum metrum est. primum colon dimetron catalecticum est. sed quo minus integrum choriambicum esse videatur, facit ultimus bacchius: nam similiter in secundo colo adfectavit in ultimo bacchium habere. in hoc etiam recessit ab Alcaeo, quod primum choriambum durum fecit secundum pro iambo  
25 spondeum ponendo. nam si secutus fuisset Alcaeam, sic ordinasset,

hoc dea vere Sybarim cur properes amando.

---

*Codex Parrhasii* 1 γουνοῦμαί σε utraque lacuna post σε relictis, item infra 10  
5 cunq̄ue 12 Mitylenem 15 exameter sicut Epheson 18 sic quasi extra versum po-  
situm atramento scriptum est, ipse versus rubro colore 24 Alceo 25 Alceum

---

1 duos Anacreontis versus, qui supra indicati sunt, in priapei formam coniunctos Atilius adscripserat, γουνοῦμαί σ' ἐλαφρῆβόλε δέσπων Ἄρτεμι θεῶν 11 utraque haec pars Anacreontis est ex superioribus repetita sunt 24 secundum, h. e. secundum pedem, de secunda parte compositi pedis non recte dicitur, sed ex glossa ad primum choriambum adscripta videtur ortum esse.

sed affectasse potius quam errasse Horatium hoc apparet, quod eadem lege usque ad finem eglogae perseveravit. erit ergo et secundum colon tetrametron catalecticum. ex hoc hendecasyllabum sapphicum sic facies, \*

quaeso Lydia dic deos per omnes;  
de secundo hexametrum sic, 5

hocne deos vere Sybarim cur quaeris amando.  
apud Anacreontem

εἶμι λαβῶν † εἰσάρας,  
Sappho  
πάρθενον ἀδύφωνον. 10

secundum colon Anacreon sic,

ἀσπίδα ῥίψας ποταμοῦ καλλιφόου παρ' ἔχθρας,  
Sappho sic,  
δευτέ νυν ἄβραι Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῦσαι.

IX Vides ut alta stet nive candidum 15

Soracte, nec iam sustineant onus  
silvae laborantes, geluque  
flumina constiterint acuto.

iucunda confusio horum metrorum aut permixtione facta aut detractio. nam in duobus primis prima tome dimetron habet iambicon hypercatalecton, secunda 20 clausulam asclepiadei, id est duos dactylos (nam sic est 'stet nive candidum', ut est 'edite regibus'), et dividuntur sic,

vides ut alta , stet nive candidum  
Soracte nec iam , sustineant onus.

*Codex Parrhasi* 3 ex hoc hendecasyllabum 5 de secundo c de secunda C hexametrum  
8 εἶμι λαβῶν εἰσάρας σαπφῶ παρθενων ἀδύφωνων 12 ἀσπιδαρψεσποταμοῦ καλλιφόου προχῶας C  
ἀσπίδα ῥίψ' ἐς ποταμοῦ καλλιφόου προχῶας c 14 δευτενήν ἀβραιχάριτες καλλίκομοί τε  
μοῦσαι 20 iambicom ypercatalecton

3 exemplum hendecasyllabi sapphici in lacuna, quam indicavi, omissum ita fere restitui potest, ex hoc hendecasyllabum sapphicum sic facies, 'quaerimus te Lydia dic deos per omnes', hendecasyllabum phalaecium autem sic, 'quaeso Lydia dic deos per omnes' 8 εἶμι λαβῶν ἐς Ἥρας Bergkiius *Anacr. fragm.* 34 9 Sappho πάρθενον ἀδύφωνον Gaisfordius 12 ἀσπίδα ῥίψας ποταμοῦ καλλιφόου παρ' ἔχθρας Bergkiius *Anacr. fragm.* 28 ἀσπίδα ῥίψ' ἐς ποταμοῦ καλλιφόου προχῶας ex codice Vaticano 3402 ediderat Ursinus *carm. novem illustr. femin. et lyric. fragm. p. 135* 14 δευτέ νυν ἀβραὶ Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῦσαι Hephaestio p. 31, 5 schol. Hephaest. p. 181, 13 ed. Westph.

alii hendecasyllabos appellant factos ex iambico trimetro detractioe unius syllabae, quam si restitues, facies trimetron acatalecton,

vides ut alta stet nive candidum

et

5 Soracte nec iam sustineant onusti.

tertium colon trimetron hypercatalecton,

silvae laborantes geluque candido.

quartum compositum est ex penthemimeri et bacchió. hexametrum de hoc facies redditis quibusque partibus sic,

10 flumina constiterint scopulo pignantia acuto.

X Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi:

heccedecasyllabus sapphicus. de hoc iam supra dictum est, adiectione spondei ad caput et pyrrhichii ad finem in medio esse choriambicum trimetrum, ut illud dimetrum diximus habere,

15 Maecenas atavis edite regibus.

et nota quod et in hac et in illa egloga strophen in singulis versibus expedit. his et Alcaeus usus,

Νόμφαις, ταῖς Δίος ἐξ αἰγιόχο φασὶ τετυγμέναις.

Cetera quae secuntur eadem metra sunt, de quibus iam dictum est. in 20 secundo libro metrum novum est (18, 1)

non ebur neque aureum

mea renidet in domo lacunar.

hoc semel omnino usus Horatius, Alcaeus frequenter. ab iambico natum est: nam si reddas huic partem suam, integrum trimetrum facies sic,

25 beatus ille non ebur neque aureum.

---

*Codex Parrhasii* 1 endecasyllabos 4 et cum duobus versibus coniunctum et rubro colore scriptum est 6 hypercatalecton 8 penthemimeri hexametrum 12 hic endecasyllabus C hexadecasyllabus in margine c, quod idem corrector postea delevit et cautius emendandum adscripsit 14 dimetrum 15 Mecoenas 17 Alceus 18 νόμφαις αἰσσε ξαιτιόχο φασὶ τετυγμέναις Caetera quae secuntur 21 aurum 23 Alceus 24 integram 25 aurum

---

3 trimetron acatalecton una syllaba addita ita fere restitui poterat, 'vides ut alta stet nivesque candidum' et 'Soracte nec iam sustinebit hoc onus', nisi potius trimetron catalecticon esse voluit grammaticus, vides ut alta stet nive candidum nunc, Soracte nec iam sustineant onusti 6 fortasse tertium colon trimetron iambicon hypercatalecton est: nam additis tribus syllabis fiet trimetron acatalecton 9 quibuscunque partibus Parrhasius 12 iam supra] de c. l. 18 Νόμφαις ταῖς Δίος ἐξ αἰγιόχο φασὶ τετυγμέναις Hephaestio p. 35, 8 ed. Westph. 24 integrum Parrhasius

Philoxenus ait hoc heptasyllabon choriacum vocari et esse dimetron catalecticum euripidion. ille inquit sic (*Eurip. Phoen. 239*),

νῶν δέ μοι πρὸς τειχέων:

reliquum in Euripide attendendum. et sequens pars talis est, qualis illa (*Hor. carm. I 4, 2*),

5

trahuntque siccas machinae carinas,

iambicum curtum, quod et hendecasyllabon dicunt, et facit trimetrum plenum,

mea renidet in domo lacunar,

sicut,

trahuntque siccas machinae carinulas.

10

Miserarum est neque amori dare ludum

neque dulci mala vino lavere aut ex-

animari metuentes patruae verbera linguae (*Hor. carm.*

*III 12, 1*).

omnes hi ionici ἀπὲρ ἐλάσσονος sunt acatalecti, duo primi trimetri, tertius tetra- 15  
meter.

Diffugere nives, redeunt iam gramina campis

arboribusque comae (*Hor. carm. IV 7, 1*).

primus hexameter herous; secunda pars penthemimeres habet, quod iteratum in- 20  
tegrum pentametrum faciet sic,

arboribusque comae arboribusque comae.

O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens (*Hor. carm. IV. 10, 1*).

hi omnes quo minus heroi hexametri dici possent commutatio quarti pedis fecit: nam pro dactylo anapaestum habent. simul et illud videndum, quod nullam habent varietatem pedum, sed ordo idem omnibus, ut primum et tertium spondeum 25  
habeant, secundum et quintum et sextum dactylos, quartum anapaestum, per quod et syllabarum sexdecim numerus in omnibus perseverat.

Nunc de epodis, quoniam supra originem nominis dixi, metra eorum quamquam simplicia sint et intellectu facilia, tamen breviter excurram.

Ibis liburnis inter alta navium,

30

amice, propugnacula (*epod. 1, 1*).

---

*Codex Parrhasii* 1 eptasyllabon choriambicon catalecton 3 νενδεμοι ποροσεχομνος  
4 seguens 7 endecasyllabon trimetrom 12 ex Aminari C exanimari c 15 acatalecti]  
catalectici 19 exameter pentemimerem 23 heroici exametri 27 sesdecim  
29 et intellectu c et in intellectu C

---

1 choriacum heptasyllabum *Marius Victorinus p. 168, 20* 3 νῶν δέ μοι πρὸς τειχέων  
*Gaisfordius coll. Hephaest. p. 20, 7 ed. Westph.* 8 fortasse lacunula 28 supra] *p. 295.*



ambo iambici acatalecti, primus trimeter, secundus dimeter; et deinceps omnes eglogae quae secuntur consimiles sunt usque ad illam quae sic incipit,

Petti, nihil me, sicut antea, iuvat

scribere versiculos amore perculsum gravi (*epod. 11, 1*).

5 primus iambicus trimeter, secundi prima tome penthemimeres habet, sequens dimetron iambicon.

Quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris?

munera cur mihi curve tabellas (*epod. 12, 1*).

10 primus herous hexameter, sequens tetrameter similiter dactylicus, qui bucolicum facit, si illi duos pedes reddas sic,

munera cur mihi curve tabellas omnia plena;

qualis est (*Verg. bucol. 3, 60*)

ab Iove principium Musae, Iovis omnia plena.

Horrida tempestas caelum contraxit et imbres

15 nivesque deducunt Iovem, nunc mare nunc silvae (*epod. 13, 1*).

primus hexameter, secundus compositus ex dimetro iambico et penthemimeri.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis

oblivionem sensibus (*epod. 14, 1*).

hexameter primus, secundus iambicus dimeter.

20 Altera iam teritur bellis civilibus aetas,

suis et ipsa Roma viribus ruit (*epod. 16, 1*).

hexameter et iambicus trimeter.

Iam iam efficaci do manus scientiae (*epod. 17, 1*).

omnes hi trimetri iambici erunt.

---

*Codex Parrhasii* 4 percussum corr. perculsum: *utrum a librario an a correctore correctum sit, non satis certo apparet* 5 penthemimeren 9 exameter 14 contraxit in unum et imbres, *sed in unum deletum* 16 exameter corr. hexameter, *item infra 19 et 22* penthemimere 20 teritur 24 erunt ARS ATILII FORTVNATIANI EXP

---

## [ARS CAESII BASSI DE METRIS]

Maecenas atavis edite regibus.

asclepiadeon duodecasyllabon, cuius divisio varia. quidam sic, Maece spondeus, nas atavis choriambus, edite re' idem, gibus pyrrhichius vel iambus propter in-  
 differentiam syllabae. alii per dipodias ita: Maecenas a, debuit antispastica dipodia 5  
 esse, sed produxit syllabam primam et fecit epitritum quartum ex tribus longis  
 et brevi: tavis edi antispastus est ex brevi duabus longis et brevi: te regibus,  
 paeon secundus ex brevi et longa et duabus brevibus, vel si longa fuerit ultima,  
 erit diiambus. si vero ad paenultimam partem ultimae dipodiae brevis syllaba  
 addatur, fiet elegiacus versus pentameter sic, 10

Maecenas atavis edite remigibus.

dividitur prioribus aut dactylo et spondeo aut spondeo et dactylo, tamen medius  
 spondeus debet semper esse sequentibus anapaestis.

Iam satis terris nivis atque dirae.

sapphicon hendecasyllabon, quod est trimetron choriambicon catalecticon, cuius 15  
 syllabam tertiam produxit in prima dipodia, quam corripere debuit. oportuit enim  
 ita esse, iam satis est, posuit autem iam satis ter, pro choriambo epitritum secundum,  
 id est ex longa et brevi et duabus longis. secunda dipodia choriambica est, ris  
 nivis at. tertio, que dirae, positus pes pro dipodia bacchius, aut propter in-  
 differentiam syllabae hoc metrum clauditur amphibracho, id est ex brevi et longa 20  
 et brevi.

Sic te diva potens Cypri.

glyconion octosyllabon et genere asclepiadeon est. huic enim si addideris dipodiam  
 choriambicam, facies asclepiadeon sic,

sic te diva potens *diva potens* Cypri. 25

dividitur autem spondeo, choriambo, pyrrhichio vel iambo propter syllabae in-  
 differentiam, sic te diva potens Cypri.

---

Codex Parrhasii    ARS CAESII BASSI DE METRIS | Maeceenas    3 spondeo  
 4 choriambo    pyrrhichio vel iambo    5 antispastica dipodia esse et produxit    7 anti-  
 pastus est ex brevis *corr.* — vi    9 diiambus    12 dividatur *corr.* dividitur  
 13 anapesticis    15 hendecasyllabon    17 satis est] satis ter    20 amphibrachio  
 23 glyconion    24 choriambicon    25 diva potens *semel scriptum est*

Solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

alcaicon ἑπτακαίδεκασύλλαβον [ithyphallicon]

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni

5 commissum est ex heroico et ithyphallico: 'solvitur acris hiems grata vice', huc  
usque heroicum; 'veris et favoni', hoc ithyphallicon. 'trahuntque siccas', portio  
iambici, sequitur ithyphallicon, 'machinae carinas'.

Vides ut alta stet nive candidum.

10 alcaicon hendecasyllabon, cuius divisio ita est: 'vides ut alta', ex duobus iambis  
et syllaba et sequentibus duobus dactylis vel propter indifferentiam syllabae dactylo  
et amphimacro, 'stet nive candidum'.

Soracte nec iam sustineant onus,

sicut prior scanditur.

silvae laborantes geluque,

15 enneasyllabon, silvae spondeus, labo iambus, rantes spondeus, gelu iambus, que  
syllaba.

flumina constiterint acuto,

hoc constat ex quattuor pedibus heroicis syllaba detracta brevi in tertio pede. fit  
enim integrum sic,

flumina constiterint ab acuto.

---

*Codex Parrhasii* 2 ἑπτὰ καὶ δεκά συλλιβον 3 vices corr. — ce 6 ithyphallici  
*postremo loco* 8 endecasyllabon





